



This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines


Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

- + *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.
- + *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.
- + *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.
- + *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.


About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at <http://books.google.com/>



PROPERTY OF
*University of
Michigan
Libraries*
1817

ARTES SCIENTIA VERITAS



SANCTI EPHRAEM SYRI
HYMNI. ET SERMONES.

PROPERTY OF
*University of
Michigan
Libraries*
1817

ARTES SCIENTIA VERITAS









SANCTI EPHRAEM SYRI
HYMNI. ET SERMONES.



مطبعة مطبعة
دمشق من الفن
مطبعة

EPHRAEM SYRUS

SANCTI EPHRAEM SYRI
HYMNI ET SERMONES.

QUOS E CODICIBUS LONDINENSIBUS, PARIENSIBUS,
DUBLINIENSIBUS, MAUSILIENSIBUS, ROMANIS ET OXONIENSIBUS DESCRIPTOS, EDIDIT,
LATINITATE DONAVIT, VARIIS LECTIONIBUS INSTRUXIT, NOTIS ET PROLEGOMENIS ILLUSTRAVIT

THOMAS JOSEPHUS LAMY

SS. D. N. PRÆLATUS DOMESTICUS, ECCL. CATH. NAMURC. CAN. HON., S. THEOL. DOCT.,
ORD. LEOP. EQVES, ACADEM. REGIÆ BRUX. ET PANORMIT. AC RELIG. CATH. ROM.
SOCIUS, S. SCRIPT. ET LINGG. SEMITT. IN UNIVERSIT. CATH. LOVAN. PROF. ORD., ET
COLL. MAR. THER. PRÆSES.

TOMUS III.

MECHLINIÆ,
H. DESSAIN, SUMMI PONTIFICIS, S. CONGREGATIONIS DE PROPAGANDA FIDE
ET ARCHIEPISCOPATUS MECHLINIENSIS TYPOGRAPHUS.

M. D. CCC. LXXXIX.
TOUS DROITS RÉSERVÉS.

BR

65

E.63

1883

v-3

IMPRIMATUR.

Opus quod inscribitur : *Sancti Ephræm Syri Hymni et Sermones, quos e codicibus Londinensibus, Parisiensibus, Dubliniensibus, Mausiliensibus, Romanis et Oxoniensibus descriptos, edidit, latinitate donavit, variis lectionibus instruxit, notis et prolegomenis illustravit* THOMAS JOSEPHUS LAMY, SS. D. N. Prælati Domesticus, Eccl. cath. Namurc. Can. hon., S. Theol. Doct., Ord. Leop. Eques, Academ. Regiæ Bruæ. et Panormit. ac Relig. Cath. Rom. Socius, S. Script. et Lingg. Semit. in Universit. cath. Lovan. Prof. Ord., et Coll. Mar. Ther. Præses, ex auctoritate Eminentissimi Cardinalis Archiepiscopi Mechliniensis et legum Academiarum præscripto recognitum, quum fidei aut bonis moribus contrarium nihil continere visum fuerit imprimi potest.

Datum Lovanii, die 8 Decembris 1889.

J. B. ABBELOOS, RECT. UNIV.

LITTERÆ SUÆ SANCTITATIS.

AD AUCTOREM MISSÆ POST EDITUM PRIMUM TOMUM.

LEO PP. XIII.

Dilectę Fili, Salutem et Apostolicam Benedictionem. Acceptissimum habuimus, Dilecte Fili, munus prioris voluminis ineditorum operum Sancti Ephræm a te nobis oblatum, quo thesaurum auxisti doctrinæ a sanctis Patribus Ecclesiæ relictum. Et id quidem peropportune prorsus ad hæc tempora ; quæ pertubata volvuntur ubique a coacervatis præteritarum omnium ætatum erroribus, et foedata a colluvione vitiorum inde manantium. Nam Edesseni Diaconi scripta, in Occidente non minus quam in Oriente celebrata, non solum aptissima prædicabantur a sancto Gregorio Nysseno conterendis antiquis, coequalibus et futuris hæresibus, sed ipsa indole et varietate sua sunt ejusmodi, ut diversis hominum conditionibus et adjunctis accomodata, roborent fidem, cupiditates coerceant, regant mores, ingerant humilitatem, caritatem succen-

dant, animos ad virtutem informant : unde factum esse scimus ut olim compluribus in Ecclesiis, post Sacras Scripturas, opera Sancti Ephræm publice legi solerent. Commendandum itaque summopere ducimus, te genuinas sancti Doctoris lucubrationes adhuc in accuratissimis quoque editionibus desideratas, omni studio conquirere et vulgare, tum in Ecclesiæ decus, tum in spirituale fidelium emolumentum. Tibique ominamur, ut copiosissime tuo labore assequaris utilitatem, alias e publica eorundem scriptorum lectione speratam ; inceptoque tuo Deum propitium omnino precamur. Cujus interim favoris auspiciis Apostolicam Benedictionem paternæ nostræ benevolentiae pignus, tibi, Dilecte Fili, peramanter impertimus. — Datum Romæ apud S. Petrum die 17 Julii 1882. Pontificatus Nostri Anno Quinto.

s. LEO PP. XIII.

EMINENTISSIMO AC REVERENDISSIMO

S. R. E. CARDINALI

PETRO LAMBERTO GOOSSENS

ARCHIEPISCOPO MECHLINIENSI, PRIMATI BELGII.

EMINENTISSIME PRINCEPS,

Operi undecim abhinc annis suscepto finem impositurus, e tua in collegium S. R. E. Cardinalium assumptione occasionem nactus sum, ut, sicut tota nostra Academia tibi ex corde gratulata est, ita ego, quantum sinit mea tenuitas, tibi gratulabundus offerrem mel suavis doctrinæ ab api syra e floribus Orientis collectum, teque

auspice tertius tomus operum S. Ephræm Syri ineditorum e prelo exiret et tuo patrocinio nobilitatus in publicum prodiret. Quod ut facerem plura suadebant.

Etenim primus qui in Europa sæculo XVI litteras syriacas sedulo coluerit vir fuit archidœcesis Mechliniensis, Andreas nempe Masius e Lennick prope Bruxellas oriundus, suo in librum Josue Commentario, sua latina translatione tractatus syriaci Moysi Barcephæ De paradiso terrestri, suaque Grammatica syriaca ac Syrorum peculiò satis ubique notus.

In tua etiam diœcesi, sub auspiciis Philippi regis II, prodierunt nobilissima illa Biblia polyglotta, Antverpiensia dicta, in quibus versio syriaca N. T. a Mose Mardeno Vindobonæ vix edita inserta fuit, ad codices castigata latineque translata.

Illud etiam silentio præterire non possum quod recentius ad promovendum studium rerum orientalium fecisti, quum ratus scientiam linguarum semiticarum hisce nostris diebus maxime prodesse ad vindicandos sacros libros ab oppugnationibus quibus impetuntur, duos e meis discipulis Berytum in Syria misisti, ut in Universitate, illic a summo Pontifice Leone XIII erecta, discendis linguis semiticis toti incumberent. Nec te latet scriptores Syros Aphraaten, Balæum, Marutham, Isaacum Antiochenum, maxime vero Ephræmum, non infimum inter Patres tenere locum hodieque nonnullos viros doctos consilium iniisse edendi patrologiam syriacam, quæ patrologiæ græcæ et latinæ respondeat.

Porro S. Ephræmum, ecclesiæ edessenæ diaconum, primatum tenere inter Orientis christiani scriptores omnes consentiunt. Ejus hymni ac sermones sacras Syrorum solemnitates exornant et quo-

tidie recitantur in eorum officiis liturgicis. Tantam autem famam monachus edessenus illico adeptus est, ut ejus opera non solum, eo vivente, græce verti cœperint, sed, teste Hieronymo, in Ecclesiis post S. Scripturam prælecta fuerint. Attamen pauci tantum ejus sermones ascetici latinis noti fuerunt, donec ad finem sæculi XIV Gerardus Vossius, præpositus Tungrensis, Summis Pontificibus, Gregorio XIII, Sixto V et Clemente VIII fautoribus, præclaram operam navaret in colligendis ejus scriptis eaque e græco latina facta Romæ tribus voluminibus in-folio ederet. Quæ scripta adeo pietatem excitarunt, devotionemque promoverunt ut, statim ac typis excusa sunt, omnium manibus tererentur novaque editio Antverpiæ prodiret.

Hucusque autem textus primigenius typis mandatus non fuerat nec alibi quam in Oriente notus erat. Sæculo autem proxime elapso codices syriaci ex Oriente et Ægypto in Bibliothecam vaticanam advecti fuerunt, e quibus docti Maronitæ multa adhuc latentia Ephræmi opera, nempe commentaria in vetus Testamentum, hymnos de Christi nativitate et de fide, alios adversus doctrinas erroneas, odasque defunctorum et paræneses sermonesque diversos eruerunt atque, sub auspiciis Summorum Pontificum, tribus voluminibus, in folio syriace et latine Romæ ediderunt.

At nondum exhausti erant vatis Syrorum thesauri. Multa adhuc latebant ejus scripta sive in Oriente, sive in codicibus syriacis in Bibliothecis præsertim Galliæ et Britannicæ repositis. Quum igitur perspectum haberem hæc scripta plurimum valere tum ad confirmanda dogmata catholica, tum ad informandos mores pietatemque fovendam, operi me accinxi ut ea undique conquirerem et detecta ac descripta syriace et latine vulgarem. Res præter opinionem et

spem successit, ita ut quæ detexi et descripsi tria volumina imple-
rent. Primum volumen, hymnos de Epiphania, de jejunio quadra-
gesimali, de azymis et de crucifixione sermonesque de Domino
nostro, de pœnitentia, de peccatrice et de Christi passione ac resur-
rectione continens, sub auspiciis summi Pontificis Leonis XIII,
septem abhinc annis, in lucem editum est. In secundo volumine
collegi acta Ephræmi parisiensia, commentaria S. Doctoris in
Isaiam, in Lamentationes Jeremiæ, in Jonam, Nahum, Habacuc,
Sophoniam et Aggæum, sermones quatuor de admonitione, de
reprehensione et de magis ac incantatoribus, hymnosque de Christi
nativitate, de B. M. V., de jejunio, de resurrectione Christi et de
diversis, quæ omnia exscripta sunt e codicibus Musæi Britannici et
Bibliothecæ nationalis parisiensis. In tertio volumine e codicibus
Londinensibus, Oxoniensibus, Dubliniensibus, Parisiensibus, Roma-
nis et Mausiliensibus descripta habentur sermones de rogationibus,
de Antichristo, de fine et retributione, præclarumque carmen de
Josepho a fratribus vendito, plurimique hymni de confessoribus et
martyribus, de Machabæis, de Abraham Kidunaia, de Juliano Saba,
et de quadraginta martyribus Sebastiaë, et de diversis; quæ omnia
accurate et nitide excusit Mechliniensis typographus H. DESSAIN
peritia et arte alter Plantinus. In hisce autem sermonibus totus est
doctor Syrorum in demonstranda orationis necessitate et efficacia,
in explicanda justa bonorum et malorum retributione in extremo
judicio, cui præcessurus est Antichristus. In hymnis vero agit de
hominis libertate, de cultu, invocatione et intercessione sancto-
rum ac de venerandis eorum reliquiis, et ita quidem ut nemo ante
eum facundius et elegantius de hisce dogmatibus locutus sit. In
hymno autem de Trinitate docet Spiritum sanctum etiam a Filio
procedere, unde patet quænam fuerit in hac re, diu ante Photium,
Ecclesiæ orientalis doctrina.

Merito igitur volumen fidei pietatique promovendæ tam utile dicandum erat Eminentissimo Antistiti, qui forma factus gregis ex animo ipsi fide et virtutibus præest.

EMINENTIÆ TUÆ

HUMILLIMUS OBSEQUENTISSIMUSQUE SERVUS

THOMAS JOSEPHUS LAMY.

Lovanii, die festo S. Clementis, 23 Novembris 1889.



Ephraem vero cum Syros et verborum elegantia et modulationis concinnitate delinitos videret, eaque ratione paulatim adduci, ut idem cum Harmonio sentirent, ipse, licet græcæ eruditionis expers, operam dedit ut Harmonii numeros intelligentia asséqueretur : et, juxta numeros scriptorum Harmonii, alios composuit libros, ecclesiasticæ doctrinæ consentientes. Cujusmodi sunt ea quæ in divinis hymnis et in encomiis sanctorum virorum ab illo elaborata sunt. Ex eo tempore Syri juxta numeros canticorum Harmonii scripta Ephræmi psallere solent. »

Quod asserit Sozomenus, Harmonium primum fuisse qui patrium sermonem metro subjecerit hoc ad ejus patrem referendum ex Ephræmo supra demonstratum est. Nostram sententiam confirmant *Acta Ephræmi parisiensia*¹. Porro Theodoretus², *Acta Ephræmi vaticana*³ et Gregorius Barhebræus⁴ cum Sozomeno concinunt in affirmando Ephræmum exemplo Harmonii, Bardesanis filii, incitatum fuisse ad hymnos conscribendos. Unde dicendum videtur quod Ephræmus exemplo utriusque et patris et filii incitatus fuerit.

5. Asserit et Sozomenus « ex eo tempore Syros juxta numeros canticorum Harmonii scripta Ephræmi psallere. » Hanc assertionem probant J. S. Assemanus et Hahn. Ju-

vat autem integra Assemani verba recitasse : « Errant, inquit, qui unum dumtaxat carminis genus, videlicet septem syllabarum, Ephræmo tribuunt. Nam ejusdem hymnos modo quatuor, modo quinque, et sex, vel septem, et interdum duodecim syllabis constare, patet e codicibus nitriensibus. Præterea ex iisdem codicibus liquet Ephræmi versus nonnumquam similiter desinere, sæpius numerum dumtaxat syllabarum in eis attendi, modo æquales semper syllabas in singulis versibus habere, modo inæquales, id est, quosdam versus tetrasyllabos esse, alios pentasyllabos, aut hexasyllabos, aut heptasyllabos vel dodecasyllabos, prout metri ratio exigit, quum Ephræmus nullum fere omiserit Rhythmi genus, quo non usus fuerit, compositionem modorum a Bardesane et Harmonio mutuatus.

6. « Hallucinantur etiam qui Ephræmum asserunt excogitasse versus heptasyllabos, Narsetem hexasyllabos, Balæum pentasyllabos, et Jacobum sarugensem tetrasyllabos ter repetitos vel dodecasyllabos: nam longè ante hos auctores jam Syri carminibus hujusmodi utebantur, ut Bardesanes et Harmonius. Id etiam indicant toni, seu rubricæ cantuum, ad quos carmina ephræmitica, et alia referuntur tanquam ad rem priorem et magis notam⁵. »

¹ *Supra* t. II, 66.

² *Hist. Eccles.* IV, 26.

³ *S. Ephræmi Opp. syr. lat.* III, L.

⁴ *Chron. Eccles.* I, 83.

⁵ *Bibl. orient.* I, 61.

7. Eidem sententiæ adhæret etiam A. Hahn in dissertatione supra laudata, ubi, agens de metro a Bardesane adhibito, ait : « Opera S. Ephræmi perlustrans, incidi in hymnum 65 *adversus scrutatores*, cujus calci hæc verba addita legimus : « هذاه عبادتنا: صومعة لا » فانتهى قلا بهاتوه: دب:س finiti sunt septemdecim hymni ad modos canticorum Bardesanis. » Reperta est hæc *rubrica cantus* seu modorum significatio in ipsis codicibus nitriensibus manuscriptis, quos editores summa fide descripserunt : quis vero primus adscripserit, utrum alius an ipse Ephræmus... id non magnopere nos perturbare potest¹. »

8. Quædam circa allegata Assemani et Hahnii testimonia sunt observanda. Hodie, postquam reperti et editi sunt plerique S. Ephræmi Madrashe seu hymni, jam constat tonos, saltem plerosque ad quos decantandi dicuntur in antiquis codicibus, non ex hymnis Bardesanis aut Harmonii ejus filii desumptos esse, sed ex aliis S. Ephræmi hymnis magis notis aut sæpius usitatis, ut infra demonstrabitur. Sic multi Ephræmi hymni decantandi dicuntur ad tonum : وه منسل. Porro وه منسل initium est hymni IV de Nativitate Christi²; alii hymni decantandi dicuntur ad tonum لا م:ه:ج:د,

alii ad tonum لا م:ه:د . vel ad tonum لا م:ه:د. Porro istis vocibus indicatur prima strophæ hymnorum I et IV et strophæ 1^a hymni V de Nativitate Christi, quos edidimus³. Antequam isti hymni a nobis ex antiquis codicibus eruerentur poterat quis conjicere illas cantuum rubricas ab hymnis Ephræmo antiquioribus esse desumptas, nunc autem constat tonos illos desumptos esse ex hymnis Ephræmi maxime notis de Nativitate Christi. Alii toni accepti sunt ex hymnis de Epiphania, de jejunio, de Beata Maria, de confessoribus, de paradiso, de defunctis, de libero arbitrio, de Ecclesia, de fide, etc., ita ut pauci nunc remaneant toni hymnis Ephræmi appositæ, qui non ex uno aut altero ejus hymno provenire noscantur. Quod si omnes Ephræmi hymni reperirentur, putem omnes eorum tonos in his vel illis hymnis ejus reperiendos, nisi forte aliquis tonus ex hymnis Balæi, Isaaci aut Jacobi sarugensis postea fuerit desumptus. Unde sequitur nullum e tonis appositæ ab aliquo deperdito Bardesanis aut Harmonii hymno provenire. Quare minus recta videtur assertio Assemani et Hahnii sententia supra recitata.

9. Quod autem attinet ad notam ad finem hymni 65 *adv. scrut.*

¹ *Bardesanes gnosticus, primus Syrorum hymnologus*, p. 32-33.

² *Opp. syr. lat.* II.

³ Tomo II, 429, sqq.

desistere, prudensque judicans hoc nefas esse, sicut Moyses tympana dederat adolescentulis, fecit ipse hymnos eosque cum discretione dedit virginibus. Pulchrum erat videre eum inter sorores, dum eas excitabat ad cantandas laudes; pulchrum erat videre aquilam inter columbas dum eas lingua suavi docebat laudes novas. Circumdabant eum festales chori virginum, quæ ab eo discebant dulces cantus casto ore decantare. Docuit virgines Deo sacratas cantica, et ecclesia resonavit suavi concentu humilium odarum quas Ephræmus composuerat pro castis puellis quas ad decantandas Dei laudes edocebat¹. »

Metrum. 11. Porro, antequam ulterius pergamus, observandum est syriacam poësin, ut et hebræam, syllabarum numero, non quantitate, versum definire, adeoque a classico Græcorum et Latinorum metro plurimum differre. « Syllabæ longæ, inquit Petrus Metoscita², et breves eundem apud poetas valorem obtinent. Poeta non curat an longæ vel brevessint syllabæ, in qua re Syri non imitantur Græcos et Latinos. » Et pater Benedictus³: « Syriaca poësis ab hebraica parum vocibus, minimum metro discrepat. Neutra syllabarum quantitate versum definit, sed numero. Septimam syllabam versus non excedit,

nec a quarta deficit. S. Ephræmus heptasyllabo plerumque usus est, tetrasyllabo ter repetito S. Jacobus sarugensis, Balæus pentasyllabo. »

12. Assemanus, in cod. vat. 389, metrum definit : $\text{مقسمة} / \text{مقسمة} / \text{مقسمة} / \text{مقسمة} / \text{مقسمة} / \text{مقسمة} / \text{مقسمة}$. $\text{مقسمة} / \text{مقسمة} / \text{مقسمة} / \text{مقسمة} / \text{مقسمة} / \text{مقسمة} / \text{مقسمة}$. $\text{مقسمة} / \text{مقسمة} / \text{مقسمة} / \text{مقسمة} / \text{مقسمة} / \text{مقسمة} / \text{مقسمة}$. $\text{مقسمة} / \text{مقسمة} / \text{مقسمة} / \text{مقسمة} / \text{مقسمة} / \text{مقسمة} / \text{مقسمة}$. $\text{مقسمة} / \text{مقسمة} / \text{مقسمة} / \text{مقسمة} / \text{مقسمة} / \text{مقسمة} / \text{مقسمة}$ Metrum est sermo numero definito ligatus, cujus duæ sunt species : prima, metrum simplex complectens tres varietates : metrum mar Jacobi, et mar Ephræmi et mar Balæi ; secunda species : metrum compositum cujus multæ sunt varietates⁴. »

13. Hæc P. Benedictus et Assemanus, a quibus in nonnullis differt G. Cardahi, qui fusius hanc materiam recenter tractavit. Doctus vir recte observat non deesse inter Nestorianos et Jacobitas qui vocum consonantiam (gallice, la rime) in fine versuum coluerint, antiquiores autem Syros, Ephræmum, Baleum, Jacobum Sarugensem, Isaacum Antiochenum, hac usos non esse. Fusius agit Jacobus Tagritensis de consonantia illa litterarum et syllabarum, quam poëtæ Syri ad rhythmum venustatem usurpant⁵. Illa S. Ephræmus uti amat ad inducendum certum quoddam

¹ Cod. paris. syr. 106, f. 87.

² Ap. Martin, *De la Métrique chez les syriens*, Leipzig, 1879.

³ S. Ephræmi *Opp. syr. lat.* II, præf. ad lect.

⁴ P. Martin *Lib. cit.* p. 19.

⁵ Cfr. Martin, *Lib. cit.* p. 48, sqq.

rhythmum ut in hoc de *Reprehensione* (supra II, 335):

طاحا / فغ: / نر د
 طحصا / فغصم / فغم د

Ubi vides voces vocibus ita respondere ut initio et fine quædam consonantia adsit et habeatur ille parallelismus qui apud Hebræos in psalmis et Proverbiis frequens occurrit. Imo in *Parænesi* 54 omnes versus eodem modo desinunt:

حدا / فغم / الإله
 د / طح / فغم / الإله

Rariora tamen sunt hujusmodi exempla. Reperire etiam est apud S. Ephræmum hymnos, qui per primam cujusque strophæ vocem efformant acrostichidem secundum ordinem alphabeti syriaci, ut hebraice in Lamentationibus Jeremiæ prophetæ.

14. Porro assonantia tanquam lege poeseos præscripta frequens reperitur apud Ebed-Jesu Sobensem, scriptorem nestorianum, in libro *Paradisi* et apud Joannem monachum in *Directorio spirituali*¹. In hisce operibus omne genus artificii poetici usurpatur et quoad consonantiam syllabarum et quoad litteras initiales et finales. Ad sui temporis scriptores, non ad antiquos, respicit Jacobus Tagritensis in suo tractatu de *Re metrica Syrorum*², ubi distinguit multiplices versus a tribus syllabis usque

ad decem et novem et innumeros fere stropharum modos.

15. Porro G. Cardahi omnia Syrorum metra ad undecim reducit et admittit versus quatuordecim, imo et sexdecim syllabarum, in quo magis in verbis quam in re a P. Benedicto differt. Versus enim 14 syllabarum nihil aliud ipsi est quam hemistychium strophæ continens duos versus septem syllabarum. Idem dicendum de versu 16 syllabarum. Observat insuper sæpe in una strophæ versus diversi metri a poeta conjungi et hoc majoris esse elegantiae et ab arbitrio pendere poetæ³. Ad quod observamus ab Ephræmo multa quidem induci metra, in quibus variant numerus et ordo versuum numerusque syllabarum ita tamen ut in eodem hymno singulæ strophæ eundem numerum versuum eadem ratione ac ordine dispositorum semper habeant. Singuli igitur hymni confecti sunt ad normam primæ strophæ, quæ et ipsa sæpe confecta est ad modum alicujus cantici magis noti vel antiquioris. Strophæ illa exemplaris in Græcorum libris liturgicis appellatur *Hirmus*. Poetæ enim liturgici græcorum: S. Romanus, Theodorus, Sergius, alii, Ephræmum aliosque Syros imitati fuerint⁴.

16. S. Ephræmi carmina alia

Mimre et
 Madrashe.

¹ جلد / فغم / فجم / د J. Millos edit. Romæ, 1868.

² Ap. Martin, *Lib. cit.*

³ G. Cardahi, *Liber thesauri de arte poetica syrorum, arabice et syriace*, Romæ, 1875. p. 1-5.

⁴ Vid. Em. Card. Pitra, *Hymnographie de l'Eglise grecque*. Rome, 1867; p. 13, 23, sq; ejusdem *Analecta sacra*. Par. 1876. Prolegomena.

a Syris appellantur ܡܝܡܪܐ *Mimre* et quandoque ܡܝܡܪܐ ܕܡܫܚܐ, alia ܡܡܪܫܐ *Madrashē*, vel ut Syri occidentales pronuntiant, *Madroshe*. Hæc est generalis divisio carminum magni syrorum vatis. Vocem ܡܝܡܪܐ sic egregie explicat J. S. Assemanus¹: « ܡܝܡܪܐ *Mimra*, ut Syri orientales proferunt, seu *Mimro*, ut Syri occidentales, a verbo ܕܝܟܠ *Emar* derivatur, quod *dixit* significat. Igitur *Mimra*, cui Græcorum ῥῆμα respondet, *sermo* est, seu *Oratio*: eaque tam metrica quam soluta numeris. Orationes enim seu Homiliæ Patrum Syris ܡܝܡܪܐ *Mimre* dicuntur, ut et tractatus quilibet, in quos Libri Auctorum dividi solent. Carmina etiam seu opera metro alligata, *Mimre* appellantur, ut sunt pleræque compositiones Ephræmi, Balæi, Isaaci, Jacobi: versibus scilicet *heptasyllabis*, *pentasyllabis*, et *dodecasyllabis*, quorum primi Ephræmo et Isaaco tribuuntur, alteri Balæo, postremi Jacobo Sarugensi. »

17. *Mimre* igitur S. Ephræmi carmina sunt æquales versus septem syllabarum habentia. Eodem nomine veniunt S. Doctoris sermones soluta oratione conscripti. Omnes igitur Ephræmi sermones tam ligata quam soluta oratione conscripti *Mimre* appellantur. Porro duo hic sunt observanda: unum, editores romanos Operum diaconi

Edesseni distinctionem inter *Mimre* et *Madrashē* latine non expressisse et *Madrashē* adversus Hæreses et adversus Scrutatores, sicut et *Madrashē* de nativitate Christi, *sermones* appellasse. Unde magna oritur confusio iis qui ad versionem latinam tantum attendunt. Alterum, in codicibus recentioribus nomine *Mimra* interdum designari aliquod *Madrasha*. In antiquis autem codicibus hujusmodi confusio non occurrit. Unam dumtaxat inveni exceptionem in codice palimpsesto Musæi Britannici (add. m. 14,623 f. 23 et 86) ubi unus ex hymnis de *Virginitate* appellatur *Mimra*. In recentioribus autem codicibus sæculi XII, et sqq. non raro fit ut hymni proprie dicti ܡܝܡܪܐ appellentur. Porro confusio facile oritur in ܡܝܡܪܐ quæ strophas habent quatuor, quinque aut sex versuum septem syllabarum, ut in hymnis de Nativitate Christi ܡܝܡܪܐ ܕܡܫܚܐ, ܡܝܡܪܐ ܕܡܫܚܐ, in quibus distinctio inter *Mimra* et *Madrashē* fere evanescit, Hymnus ܡܝܡܪܐ ܕܡܫܚܐ, quem e cod. oxon. edidimus, strophis constat quatuor versuum septem syllabarum; nihilominus in cod. oxon. ܡܝܡܪܐ appellatur. Idcirco et nos inter *Sermones* eum edidimus.

18. Hæc est autem natura *Mimre* S. Ephræmi ut plerumque sermones proprie dicti, rarius carmina,

¹ *Bibl. Orient.* III, part. I, p. 3.

sint, ut v. g. carmen de poenitentia Ninivitarum et carmen de Josepho vendito. Quare cum editoribus romanis Mimra sermonem reddidi.

19. *Madrasha*, apud rabbinos מדרש *Commentarius*, a verbo מדרש *exercuit, instituit, edocuit*, proprie notat *dissertationem, meditationem*, sed usurpatur continuo in re metrica ad designandum carmen e genere odarum seu hymnorum Latinorum. *Madrashe*, porro S. Ephræmi hymni sunt e pluribus strophis conflati, ad instar hymnorum qui in liturgiis græca et latina recitantur. Totus hymnus pendet a prima strophæ, quam rationem imitati sunt græcorum Melodes. Strophæ autem in hymnis S. Ephræmi et Syrorum certo quodam versuum numero constant, qui versus aliquando eundem omnes syllabarum numerum, aliquando diversum habent. Sic hymnus 1^{us} de Nativitate ܡܘܠܐ ܡܘܠܐ, constat strophis quatuor versus septem syllabarum habentibus. Alii *Madrashe* habent versus quinque vel octo syllabarum, et strophas quatuor, quinque, aut etiam e decem hujusmodi versibus conflatas. Est autem aliud genus *Madrashe* seu hymnorum, quorum strophæ versus inæquales habent. Sic *Madrashe* Ephræmi de Paradiso Eden habent strophas undecim versuum, quorum septimus septem syllabis reliqui quinque

syllabis constant, hoc ordine : 55555575555 ; *Madrasha* 4^{us} de Nativitate ܡܘܠܐ ܡܘܠܐ, hoc schemate constat : 12, 8, 8, 12. In hymnis Ephræmi maxime abundant versus septem et quinque syllabarum.

20. Porro fundamentum cujusque hymni est strophæ, quæ idcirco a Syris ܡܘܠܐ¹, *domus*, appellatur, quia est veluti parvum ædificium. Quo enim modo prima strophæ confecta est, eodem ceteræ ejusdem hymni strophæ, ita ut, cognita prima strophæ, ceteræ cognoscantur ; imo plurium hymnorum metrum sæpe hac ratione cognoscitur, quia Ephræmus solet ad eundem modum plures hymnos componere. Strophæ apud Ephræmum non excedunt 14 versus. Hymni de azymis duos tantum versus 9 syllabarum in strophæ continent.

Strophæ.

21. Hymni S. Ephræmi, prout exscripti sunt in antiquissimis codicibus nitriensibus sæculi V-VI, melodiam suam præscriptam habent hac vel simili formula ܡܘܠܐ ܡܘܠܐ *ad modum, ad tonum*, quasi gallice diceres « sur l'air, » qua formula indicantur et strophæ metrum et tonus ad quem hymnus decantandus est, sic, v. g. formula : « ܡܘܠܐ ܡܘܠܐ ܡܘܠܐ ܡܘܠܐ , *ad tonum* : *Hic dies,* » indicatur hymnum compositum esse et decantari ad tonum hymni I de Nativitate Christi, qui incipit ab hisce verbis.

Modi vel toni.

¹ Minus recte dicitur in *Thesauro Syriaco* ad h. v.

ܡܘܠܐ *versus, pars brevior carminis*. ܡܘܠܐ strophæ est, non versus.

« Syri, inquit. Al. Assemanus¹, cum notas musicales non norint saltem communiter, vocem modulantur in officiis ecclesiasticis, quo fere pacto Itali, qui canunt, ut vulgo dicitur, ad *arias*, quæ *ariæ*, græcis *hirmi* (*εἰρμα*) dictæ, sunt regulæ canendi, unde in codicibus aliisque scriptis leguntur sub initium singularum cantionum et ab his tropariorum seu stropharum in ea ode canendarum consequentia ac series ducenda est; itaque singulorum hymnorum frontibus illas inscribunt, vel integras si sint breves, vel illarum primum versum, seu primas versus voces; hinc quippe fit ut, experientia ac usu edocti, vocem modulentur eo tono seu inflexione, qua hirmos inscriptos modulari constueverunt.» Docet deinde Stephanum Aldoensem e libris ecclesiasticis collegisse 275 tonos eorumque strophas ac stropharum versus et versuum syllabas numerasse, quo syriacæ poeseos studiosi nova distinguere possent.

22. Quæri potest an ipse Ephræmus tonum suorum hymnorum indicaverit, vel hoc fecerint codicum amœnucnses. Putaverim tonos in antiquissimis codicibus V-VI sæculi, plerosque saltem, ab ipso Ephræmo provenire; in codicibus

¹ *Cod. liturg.* IX, præf. 94. Romæ, 1756.

² Codices illi sunt add. m. 12,176 Sæc. V-VI, continens hymnos adv. hæres. et adv. scrutat.; 14,574 an. 519, continens plures hymnos a nobis editos et de paradiso; 14,572 sæc. VI, continens hymnos nisi-

autem liturgicis scribas hanc indicationem interdum mutasse, ut revocarent cantores ad hymnum magis notum vel sæpius decantatum. Hinc fit ut unus idemque hymnus inscribatur, v. g. ad tonum $\text{ܕܘܢܝܘܢܝܘܢܝܘܢܝܘܢܝܘܢܝܘܢܝܘܢ}$ qui est hymnus 4^{us} de Nativitate, supra t. II, 471, vel ad tonum $\text{ܕܘܢܝܘܢܝܘܢܝܘܢܝܘܢܝܘܢܝܘܢܝܘܢܝܘܢ}$ qui est hymnus 3^{us} de Nativ. supra t. II, 461. Isti autem duo hymni ejusdem sunt toni. Interdum autem scribæ in codicibus liturgicis tonos non recte indicaverunt. Sic in Mus. Brit. cod. add. 14,520 sæc. VIII hymnus de Nativitate $\text{ܕܘܢܝܘܢܝܘܢܝܘܢܝܘܢܝܘܢܝܘܢܝܘܢܝܘܢ}$ decantandus dicitur ad modum $\text{ܕܘܢܝܘܢܝܘܢܝܘܢܝܘܢܝܘܢܝܘܢܝܘܢܝܘܢ}$, quod falsum esse ex collatione utriusque hymni patet. Imo in Mus. Brit. cod. add. 12,176 sæc. V-VI hymni adv. scrut. 10-25 inscribuntur ad tonum $\text{ܕܘܢܝܘܢܝܘܢܝܘܢܝܘܢܝܘܢܝܘܢܝܘܢܝܘܢ}$; hymni autem collectionis nisebenæ 69-70, qui alterius sunt modi, pariter ad tonum $\text{ܕܘܢܝܘܢܝܘܢܝܘܢܝܘܢܝܘܢܝܘܢܝܘܢܝܘܢ}$ inscribuntur. Unde patet antiquissimos codices non omni nævo carere. Alia menda cod. 12,176 infra indicabuntur.

23. Toni in codicibus Musæi Britannici unde eos, maximam partem, transcripsimus², litteris rubris in titulo indicantur hac vel simili formula $\text{ܕܘܢܝܘܢܝܘܢܝܘܢܝܘܢܝܘܢܝܘܢܝܘܢܝܘܢ}$
Ad tonum : De nativitate Unige-

benos; 14,635 an. 535, continens hymnos de Azymis, etc; 14,506 sæc. IX-XI, continens hymnos de Epiphania, jejuniis, B. M. V., confessoribus, etc; 14,592 sæc. VI-VII, habens hymnos de confessoribus, de Abraham Kidunnaia et Juliano Saba.

niti, quibus verbis incipit hymnus primus de nativitate Christi in nostra editione.

Hos tonos cum eorum metro hic recensere non inutile erit quum a nemine hucusque hic labor peractus sit, præterquam a D. Bickell pro his hymnis quos ipse vulgavit. Jam tamen ante eum A. Hahn in dissertatione de Bardesane supra memorata et in *Chrestomathii syriaca*, quam cum suo discipulo F. L. Sieffert, Lipsiæ an. 1825, edidit de *Metris Syrorum* specialiter egerat, non tamen ubique feliciter. Sic recte quidem vidit metrum hymni 67 *Adv. Scrutat.* comprehendere quinque versus quatuor syllabarum. At minus recte putavit hymnos de *Margurita*¹ esse *δραστηχους*, quum compositi sint ad modum *متر*. Ceterum pauca tantum delibavit ex hymnis Ephræipi. Multo plura P. Zingerle in *Chrestomathia syriaca* et in *Annalibus societatis orientalis germanorum*². Nec nos, etsi multa adjecerimus iis, quæ ab istis auctoribus docte disputata sunt, potuimus quæstionem ex omni parte solvere. Age vero, tonos ordine alphabetico recenseamus.

1. *لله الحمد*. Sex versus inæquales : 556556. Necros. 42 unde ista verba desumpta sunt. Cfr. Zingerle, *Chrestom.* 338.

2. *لله الحمد*. Quatuor versus inæquales hoc ordine : 6989. Hunc modum sequuntur hymni 18-23 in Julianum Sabam et necros. 24.

3. *لله الحمد* sex versus inæquales : 775377. Invenitur ista stropha in hymno ab his verbis incipiente *لله الحمد*. *لله الحمد* : *لله الحمد* : *لله الحمد* : *لله الحمد* : *لله الحمد* : *لله الحمد*. Hunc modum sequuntur Sugitha de B. M. V. 18, 20 ; hymn. de jejuniis 9 ; paræn. 26.

4. *لله الحمد* 5 versus æquales : 88888. Hymnus 10^{us} de Epiphania e cujus initio verba desumpta sunt ; necros. 43 ; paræn. 17. Idem est ac *لله الحمد* ap. Wright, *Catal. cod. syr.* M. B. p. 444.

5. *لله الحمد* Adv. Scrut. 36-38 juxta cod. 12. 176. Stropha constat 5 versibus hoc ordine : 78884.

6. *لله الحمد*. Stropha habet sex versus sex syllabarum. Verba hæc desumpta sunt ex hymno 2^o de Nativ. in nostra ed. Hunc modum sequitur hymnus 49 de confess. et mart. Versus interdum septem syllabas habent propter vitiositatem codicum.

7. *لله الحمد*. Octo versus septem syllabarum. Paræn. 20 quæ ab his verbis incipit ; paræn. 30, 36, 54, 55, de diversis 7 ; carm. nisib. 54 ; de Epiphania 3, de Confessoribus et Mart. 10.

8. *لله الحمد*. Octo versus inæquales : 87748887. Hymnus 9 de Epiph. a cujus initio desumitur.

9. *لله الحمد*. Hæc verba desumpta sunt a 1^a stropha necros. 62 vel carm. nisib. 74. Idem tonus est ac *لله الحمد*.

10. *لله الحمد*. Quatuor versus inæquales hoc ordine : 7474. Verba hæc initium formant carm. nis. 68. Ad hunc modum carm. nisib. 52-69 ; necros. 58 quæ est carm. nis. 52. Sed necros. 52 duplicat stropham : 74747474. Ita Zingerle *Chrestom.* p. 343.

11. *لله الحمد*. Quatuor versus æquales quinque syllabarum : 5555. Hunc modum sequuntur hymni de Abraham Kidunaia 7-15 ; de Epiph. 13 ; necros. 21-22, 65 ; paræn. 6, 22, 28. Carmina nisib. 74-77 falso huic tono adscribuntur ; pertinent enim ad *لله الحمد*.

12. *لله الحمد*. Octo versus inæquales : 57575757. Necros. 40 a cujus initio verba sumpta sunt ; paræn. 11.

13. *لله الحمد*. Putem hunc tonum componi decem versibus hoc modo : 88885555888. Adv. scrutat. 34-35, juxta cod. 12, 176 ; adv. hæreses 11, 27-47 ; paræn. 27, 29 ; de diversis 4, juxta cod. 14874 ; sed hujus hymni schema videtur esse : 7878649.

¹ *Opp. syr. lat.* III, 154.

² Cfr. *Zeitschrift der Deut. Morgenl. Gesellschaft.*

T. XVII, 387 ; XVIII, 754 ; P. Zingerle ; *Chrestomathia syriaca*, Romæ, 1874.

14. أَسْعِدْ أَسْعِدْ . Hic modus assignatur hymnis adv. hær. 17-21.

15. أَسْعِدْ أَسْعِدْ . Ex cod. 12, 176 hic tonus adscribitur hymnis 10-23 adv. scrut. et idem fuerit cum tono : أَسْعِدْ أَسْعِدْ ; adscribitur autem carm. nisib. 69-70 quorum strophæ quatuor habent versus sex syllabarum.

16. أَسْعِدْ أَسْعِدْ . Sex versus quinque syllabarum. His verbis incipit hymnus 1^{us} de libero arbitrio. Hunc tonum sequuntur hymni de lib. arbitrio 1-2; adv. scrutat. 32-33; necros. 19; paræn. 19. 34; de diversis, 6; carm. nisib. 5-7; 25-33; ubi inscribitur : أَسْعِدْ أَسْعِدْ ; de B. M. V. 2-3; de azymis 1-2; de jejunio 10; de tabulis legis 16-17; de Confess. et Mart. 13, 16.

17. أَسْعِدْ أَسْعِدْ . Decem versus inæquales hoc ordine : 8889555569. Hisce verbis incipit hymnus adv. scrutatores 29. Hunc tonum sequuntur hymni de Epiph. 8, de crucifixione 1; de jejunio 2-5; adv. scrut. 26-30; 79-80 juxta cod. 12, 176; sed hic rursus error irrepserit; nam hymnus 80 est ad modum : 888888.

18. أَسْعِدْ أَسْعِدْ . Quinque versus septem syllabarum. Appellatur أَسْعِدْ أَسْعِدْ Confessorum, quia hymnus 7^{us} de Confessoribus qui est 1^{us} Martyrum ab his verbis incipit. Hunc modum sequuntur hymni Confessorum et Martyrum 1-7, 11; de Abraham Kidunaia 1-6; de B. M. V. 4; paræn. 53; carm. nisib. 15-16.

19. أَسْعِدْ أَسْعِدْ . Duo versus primus octo, secundus etiam 8, quandoque novem syllabarum e vitiositate codicis. Hunc tonum sequuntur hymni de Juliano Saba 5-17.

20. أَسْعِدْ أَسْعِدْ . Quinque versus quatuor syllabarum : 44444. Ista verba initium efformant hymni adv. scrutat. 69. Hunc tonum sequuntur hymni adv. scrutat. 66-78 juxta cod. 12, 176.

21. أَسْعِدْ أَسْعِدْ . Octo versus inæquales hac ratione dispositi, juxta Bickell (*Carm. nisib.* p. 32) : 56744445, hoc autem ordine juxta Zingerle (*Chrestom.* p. 348) : 56864445. Ab his verbis exorditur hymnus 10^{us} adv. scrutat. Ad hunc modum referuntur, juxta codices, carm. nisib. 50 de jejunio, ubi strophæ habet : 5674444556. Difficile est hunc modum certo definire.

22. أَسْعِدْ أَسْعِدْ . 13 versus inæquales hoc ordine : 777755555555. Hymnus 7 de B. M. V.

23. أَسْعِدْ أَسْعِدْ idem ac أَسْعِدْ أَسْعِدْ .

24. أَسْعِدْ أَسْعِدْ . Hoc schema juxta cl. D. Bickell habet 13 versus inæquales hoc ordine : 7778777477778, juxta nos vero 12 versus hoc

ordine : 777877747777. Hic tamen et illic una syllaba deest aut abundat e vitio codicum. Hunc tonum sequuntur hymn. nisib. 1, de Eccles. et Virg. 25-28; de confess. et mart. 20.

25. أَسْعِدْ أَسْعِدْ hymnus 2 de nativ. in edit. nostra. Difficile est schema definire.

26. أَسْعِدْ أَسْعِدْ : Duo versus novem syllabarum, vel quatuor versus hoc modo : 5454. Ad hunc modum exarati sunt hymni Azymorum 3-21; de Nativ. 3, ubi strophæ duplicata habet 4 versus quos G. Cardahi dividit in duo hemistichia 18 syllabarum; 6^{us} de B. M. V.

27. أَسْعِدْ أَسْعِدْ . Decem versus septem syllabarum. Ab hisce verbis exorditur hymnus 4^{us} de Nativ. in edit. nostra. Hunc tonum sequuntur carm. nisib. 17-21; de crucifixione 2; de nativ. 3-4 in edit. nostra; de resurrectione Christi 19-20; de confess. et mart. 18.

28. أَسْعِدْ أَسْعِدْ idem ac أَسْعِدْ أَسْعِدْ .

29. أَسْعِدْ أَسْعِدْ . Non satis definitus.

30. أَسْعِدْ أَسْعِدْ . Undecim versus quorum septimus 7 syllabarum est, ceteri quinque, hoc ordine : 5555575555. Verba hæc efformant initium hymni 7^{us} de Paradiso. Hinc tonus iste appellatur أَسْعِدْ أَسْعِدْ . Ad hoc metrum conscripti sunt hymni omnes de paradiso; adv. scrutat. 31, 39-48 juxta cod. 12, 176; adv. hær. 1-10; adv. Julian. ap. Overbeek 1-4; carm. nisib. 2-3; 43-49; de B. M. V. 5, 12; de jejunio 11; de Confess. et Mart. 12, 17.

31. أَسْعِدْ أَسْعِدْ . Sex versus inæquales : 575787. Hymnus 11^{us} de B. M. V. unde verba desumpta sunt. Ibi dicitur confectus ad modum : أَسْعِدْ أَسْعِدْ .

32. أَسْعِدْ أَسْعِدْ hic tonus inscribitur hymnis adv. hær. 1-10 in cod. 12, 176. Idem est أَسْعِدْ أَسْعِدْ .

33. أَسْعِدْ أَسْعِدْ . Quinque versus inæquales : 10, 12, 12, 8, 8, qui possunt resolvi in 554444444444. Hunc modum sequuntur hymni de Juliano Saba 1-5.

34. أَسْعِدْ أَسْعِدْ quæ verba ab hymno 6 Epiph. desumpta sunt. Idem tonus est ac أَسْعِدْ أَسْعِدْ infra.

35. أَسْعِدْ أَسْعِدْ a quibus verbis incipit hymnus 3^{us} de azymis. idem tonus est ac أَسْعِدْ أَسْعِدْ supra.

36. أَسْعِدْ أَسْعِدْ . Quatuor versus septem syllabarum. Ab his verbis exorditur hymnus 1 de Nativ. in ed. romana. Hunc modum sequuntur : hymni adv. scrut. 2-3; sermones de fide 1-3; necros. 1, 6-7, 10-12, 15-16, 31, 64, 73; paræn. 2-4, 21, 74; de diversis 3, 43-18; de Epiph. 5, 14-15; de B. M. V. 43, 17, 19. G. Cardahi hoc metrum

dividit in duo hestichia 14 syllabarum. Cum isto metro كجكج , ut v. g. لج كج وى وى كج ل , facile confunduntur. Hinc idem sermo metricus in uno codice كجكج , in altero كجكج appellatur.

37. وى وى وى وى . Quatuor versus inæquales hoc ordine: 12, 8, 8, 12, quos Zingerle in *Chrestom.* 307 resolvit in 10 versus quatuor syllabarum. Hymnus 4^{us} de nativ. in ed. rom. ab his verbis incipit. Hunc tonum sequuntur hymni de nativ. 4-13; de Epiph. 1-2; de nativ. in ed. nostra 7-8; de B. M. V. 4; de jejunio 8; de miraculis 13-15; de Confess. et Mart. 8; adv. scrutat. 81-87; adv. hæc. 42-44.

38. وى وى وى وى وى وى . 14 versus inæquales hoc ordine, si rem recte perspexerimus; 655556885575610. Verba hæc initium sunt hymni 6ⁱ de jejunio. Ad hunc tonum referuntur hymni de jejunio 6-7, de resurrect. 2.

39. وى وى وى وى وى وى . 11 versus inæquales: 126778885557. Hymnus 10^{us} de B. M. V.

40. لج كجكج . Sex versus quinque syllabarum. Ab his verbis incipit parænesis 34 quam J. S. Assemanus¹ et Cardahi, *lib. cit.* tribuunt Balæo. Idem est tonus ac لج كجكج .

41. وى وى وى وى وى وى . 7 versus 7 syllabarum. Ad hunc tonum hymni nisib. 71-73; de Abraham Kidunaia 6.

42. لج كجكج vel كجكج ل . 9 versus inæquales; 888888455. Desumpta sunt ista verba a strophæ 11^a hymni 5ⁱ de nativ. in nostra edit. Hunc modum sequuntur hymni de crucifixione 3-4; de B. M. V. 9; de mysteriis 32-33.

43. لج كجكج idem tonus ac وى وى وى وى .

44. لج كجكج strophæ schema est 9999, vel 34545454. Hymnus 15^{us} de Conf. et Mart.

45. لج كجكج . 13. versus inæquales hoc ordine juxta Bickell: 6446444444558, vel melius ut in Breviario syrorum: 686888558. Hæc verba initium efformant hymni infra dandi. Hunc tonum sequuntur hymni nisib. 34; de crucifixione 5-7; de B. M. V. de Eccl. 22-24, 32; de festis 5, 11, 17, 23; et 15 hymni S. Isaaci a Bickell editi.

46. لج كجكج . Quinque versus quinque syllabarum. Ad hunc modum hymni nisib. 4, 8-12; 74-77; necros. 2-4, 13, 17-18, 32, 34-35, 37; de Epiph. 4; de mysteriis 29-31, ubi tonus appellatur كجكج ; de Confess. et Mart. 14.

47. لج كجكج . Etsi vitiosi codices ancipitem me reddant, putem in metro decem haberi versus inæquales hoc modo: 5355540888. Ab istis verbis

incipit hymnus 1^{us} de diversis. Eundem metrum habent hymni de crucifix. 8; de B. M. V. 15; de mysteriis 34.

48. لج كجكج idem tonus ac لج كجكج .

49. لج كجكج idem modus ac وى وى وى وى . Nam hymni adv. scrutat. 81-87 in cod. 12, 176 inscribuntur ad modum: وى وى وى وى et etiam in cod. vat. hymni 4-13 de Nativitate, ut ad me rescripsit doctus Maronita A. Scababi.

50. لج كجكج hymnus 5^{us} de Epiph.; idem tonus ac لج كجكج .

51. لج كجكج . 13 versus inæquales: 7887788777788. Hymnus 14 de B. M. V.

52. لج كجكج . Hymnus 7^{us} de Epiph.; idem tonus ac لج كجكج .

53. لج كجكج idem ac لج كجكج .

54. لج كجكج . 41 versus quinque syllabarum. Denominatur a verbis quibus incipit hymnus 1^{us} de Nativitate in nostra edit. Designatur etiam vocibus لج كجكج . Hunc tonum sequuntur hymni adv. scrutat. 5-9;

55. لج كجكج idem tonus ac لج كجكج .

56. لج كجكج idem tonus ac لج كجكج .

57. لج كجكج . 8. versus octo syllabarum. Ista denominatio sumpta est a strophæ 9^a paræn. 18^a. Hunc modum sequuntur paræn. 18, 67, 70; de B. M. V. 8^{us}; de martyribus 21. G. Cardahi hoc metrum dividit in quatuor versus 16 syllabarum.

58. لج كجكج vel لج كجكج . Juxta Bickell hic tonus habet 13 versus inæquales hoc ordine: 44449777747710. Hymni nisib. 35-42.

59. لج كجكج idem ac لج كجكج .

60. لج كجكج . 12 versus quinque syllabarum. Designatur a verbis quibus incipit hymnus 56 adv. hæc. Hunc tonum sequuntur hymni adv. hæc. 14, 49-56; adv. scrutat. 49-66.

61. لج كجكج . Sex versus septem syllabarum. Hunc modum sequuntur hymni nisib. 13-14; adv. scrutat. 1; de Epiphania 6-7.

Sunt præterea toni quorum appellationes hucusque non reperi. Nempe: 1^o tonus: 5555, necros. 21-22, 65; paræn. 6, 28; 2^o tonus: 888 necros. 45; paræn. 7-10. 3^o tonus: 8888 necros. 42; paræn.

¹ *Bibl. Orient.*, I, 188.

² *Breviarium juxta ritum Eccles. Antioch Syrorum. Maussili, 1886, t. II, 37.*

33, 39, 48, 51-54, 63-64, 71, 73 : 4^o tonus : 12, 12 necros. 47-48, 51 ; alii qui minus frequenter occurrunt. E vitiositate codicum et textus impressi nonnulli modi non satis certo innotuerunt.

Notandum est versus octo syllabarum vel componi duobus hemistichis æqualibus : 4, 4, vel tribus partibus 3, 2, 3 vel 2, 3, 3.

Notandum denique est Syros poetas in numerandis syllabis interdum licentia poetica uti. Non est hujus loci recensere varias diæreses et aphæreses, quas in suos versus induxerunt vates Syrorum. Præcipuæ indicantur a G. Cardahi in Opere citato.

23. Porro P. Benedictus et St. Ev. Assemanus in editione romana Operum S. Ephræmi ubique indicationem tonorum omiserunt et in describendis hymnis Ecclesiæ et Nativitatis ordinem codicum non sunt secuti. D. D. Bickell et Overbeek tonos accurate exscripserunt, et Bickell schemata stropharum data opera indicavit. Hoc a nobis ad singulos hymnos factum est.

24. Post primam hymni stropham in codicibus VIⁱ et VIIⁱ sæculi literis rubris describitur **ܘܢܝܬܐ** 'Unitha vel Unitho id est responsorium, gallice « refrain, » a verbo **ܘܢܝܬܐ** respondit. In codice autem addi-

tio Musæi Britannici 14,506 sæculi IX vel X et frequenter in codicibus recentioribus pro **ܘܢܝܬܐ** habetur **ܘܢܝܐ** 'Unaia, et ista 'unaia non post primam stropham, sed immediate post indicationem toni in capite hymni exscribitur¹.

25. Responsorium, cujus antiquissimum indicium habetur in cantico Moysi post transitum maris rubri², constat uno, duobus, vel ad summum quatuor versibus, qui exacte quoad numerum syllabarum cum ultimis strophæ versibus concordant. Respondet igitur 'Unitha Syrorum Ephymnio Græcorum³.

Responsorium integram stropham quatuor versus efformat in hymnis nisibenis 52-68⁴ et in hymnis de azymis 3-21⁵, tres ultimos strophæ versus in hymno 5 de crucifixione, et in hymno 5 de B. M. V, sæpius autem duos ultimos strophæ versus ; denique unico versu constat in hymnis Nisib. 4, 6, 7, 9, 11-16 et passim. Unitha interdum in ultimo versu strophæ includitur et tunc ad singulas strophas paulisper immutatur, ut videre est in hymno nisib. 17 et in secundo de crucifixione. Editores romani fere ubique responsoria omiserunt, et si quando ea exscripserunt, a strophis ea non distinxerunt.

Quæri potest an responsoria,

¹ Vide supra t. I, 5 nota a.

² Exod. XV, 20. Cf. G. Bickell, *Carmina V. T. metricæ*. Oeniponti, 1882, p. 189.

³ « L'Ephymnion est identiquement l'Unitha des

Syriens et des Hébreux. » Bouvy, *Lettres chrétiennes* 1884 p. 304.

⁴ Ap. Bickell, *Carmina Nisibena* p. 104, sqq.

⁵ Supra, tomo I, 579.

quæ nunc in codicibus leguntur, fuerint ab ipso Ephræmo apposita? Putaverim responsoria quæ habentur in codicibus anni 519, 523 et generatim in codicibus sæc. VI-VII revera ipsius Ephræmi esse. In codi-

cibus antiquioribus Responsoria eadem plerumque sunt, ubi hymni in tribus vel quatuor codicibus, ut fit pro hymnis Epiphaniæ, habentur; in recentioribus autem variant et sæpius mutata videntur.

II.

SEBLATA, SUGIATHA, BA'VATHA.

1. In libris Jacobitarum, ܛܘܠܘܗܘܘܬܐ *Beth-gaza* appellatis, Ephræmo tribuitur peculiare genus hymnorum, qui ܫܘܒܠܐܬܐ *Seblata*, id est *Scalæ*, dicuntur. Quum Assemanorum sententia de hisce hymnis sibi non constet, ut ex infra dicendis patebit, et huc usque nemo quæstionem hanc enucleaverit, non inutile visum est, rem accuratius examinare et quid tenendum videatur definire. Scalæ occurrunt in codd. vatt. 67-69, 71 et 95¹, in codd. pariss. 145-149 et 153² et in codd. oxonn. 40-50³.

2. In pretiosissima manuscriptorum syriacorum collectione quæ reponitur in Musæo Britannico non inveni codices hujusmodi scalas continentis. Habetur quidem in codd. add. 17, 232 anni 1210, fol. 218-306 quædam cantuum (ܘܪܘܥܐ) series in forma Sclarum disposita,

ubi successive agitur de B. M. V., de apostolis, de martyribus, de pa-
tribus, de pœnitentia, et de defunctis, et similis dispositio in libris liturgicis frequenter occurrit, sed scalæ nomen non adhibetur et auctor nullus indicatur. Scalaquid.

3. Porro omnes codices, Scalas Ephræmianas continentis, recentioris sunt ætatis, nullum inveni sæculo XV antiquiorem. Plerique ad sæcula XVI-XVII pertinent. In codice parisiensi 145 scalæ tribuuntur Ephræmo et Jacobo, nempe sarugensi: « ܐܘܘܬܘܢ ܩܘܕܣܝܢ ܥܫܪܐ ܫܘܒܠܐܬܐ ܕܥܫܪܐ ܩܘܕܣܝܢ Per Deum, omnium dominum, scribimus hymnos S. Ephræmi et Jacobi: Scala prima: *Hic est mensis*. » Idem fit in cod. oxon. 48. In reliquis autem codicibus soli Ephræmo ad-

An sunt Ephræmi.

¹ Vid. J. S. Assemanus et St. E. Assemanus. *Bibliothecæ vat. catalogus*, Romæ, 1756, t. II. 382, sqq.

² Vid. H. Zotenberg, *Catalogue des manuscrits syriaques de la Bibliothèque nationale*, Pag. 408-410.

³ Vid. Payne Smith, *Catalogus codd. syrr. Bibliothecæ Bodleianæ*, p. 475, sqq.

scribuntur¹. Numerus scalarum varius est in diversis codicibus; siquidem alii codices scalas 39, alii 40, alii 45 vel 46 habent. In his omnibus codicibus scalæ ad finem veniunt. In codice vaticano olim X hæc annotatio codici subjungitur: « : : »

4. Isti hymni *scalæ* dicuntur, quia veluti per gradus dispositi sunt, eadem fere ratione qua *shuhlape* et *cantus* exarati leguntur in Breviario chaldaico recens impresso, curante R. D. Bedjan²; qua etiam ratione *Rogationes* Balæi et Rabulæ *supplicationes* in codice oxoniensi dispositæ sunt⁴. Primo enim loco constanter ponuntur strophæ plures vel pauciores (variat enim numerus in codicibus) de Dei genitrice, deinde de martyribus, vel de sanctis aut de apostolis, quibus interdum adjiciuntur una vel duæ

strophæ de uno aliquo sancto in particulari, mox de pœnitentia, denique de defunctis. Post hos aliquando de cruce et de resurrectione eodem modo agitur; quæ omnia sub uno eodemque tono in capite indicato continentur.

5. De hisce hæc habet J. S. Assemanus⁵: « Ex his aliquando duæ vel tres strophæ ex Ephræmo sunt, aliquando una, et alicubi nulla, sed ad ejusdem tonum concinnatæ qui litteris rubris in titulo prænotatur. » Postea tamen hanc sententiam retractavit et scalas ut genuinum Ephræmi opus habuit⁶: « De hisce, inquit, quadraginta scalis Ephræmi e mente Syrorum dubium nullum movetur, quin sint genuinus Ephræmi fœtus: et jure quidem meritoque: his enim de scalis seu hymnis loquuntur Sozomenus, lib. III, cap. 16 et Theodoretus l. IV, c. 29. Græcis auctoribus consonat Syrus auctor vitæ Ephræmi qui scalas a nobis supra memoratas præ oculis habuisse videtur, dum scribit: « Jam vero satis edoctus beatus Ephræm quantum homines illi musica cantuque caperentur, illosque a profanis et inhonestis lusibus choreisque puerorum avocare cupiens, choros virginum instituit docuitque eas

Assemani
sententia.

¹ In codice paris 147 ad scalam 19^m dicitur: « : : » initium in Mar Galai et medium in Mar Ephræm. »

² Ap. J. S. Assemanum, *Bibliotheca orient.* 1, 62.

17. Hisce vœ in peccatores pronuntiatis opponit beatitudines in justos, qui orationi, jejunio, elemosynis aliisque pietatis operibus incubuerint. Porro simul docet hominem libero frui arbitrio, posse bene vel male agere, prout ipse vult. Deus ipsi duas vias proposuit, cœlum et gehennam, utram vult eligat. Beatus autem qui sedulo restiterit dæmoni ipsum continuo impugnant, quia ipse victoriæ suæ coronam recipiet. S. Ephræmus sæpius egit de resurrectione et iudicio ac fine mundi, sed sub diverso respectu. Quamvis autem consonam doctrinam ubique teneat, tamen diversa puncta in singulis sermonibus evoluit. Varios Ephræmi sermones de hac materia indicavimus supra t. II, 392, not. 1.

18. *De Antichristo*. Hic sermo descriptus est e codice collegii S. Trinitatis in urbe Dublinio notato B. 5. 19, quem infra descripsimus col. 146. Initio notatur : *De fine extremo, ad finem vero, De Agog et Magog, et de fine et consummatione*. Sub quo eodem titulo venit et Ephræmo tribuitur in duobus

codicibus oxoniensibus Bibliothecæ Bodleianæ, Thurston 13 et Pococke 404. Iste titulus objectum orationis indicat. Quia vero totus sermo refertur ad Antichristum, brevior hunc titulum elegimus. Sermo metricus est, in strophis quatuor versuum septem syllabarum, invito quandoque sensu, divisus.

19. Pluries egit Ephræmus de Antichristo, quem nominibus a Paulo apostolo acceptis *Iniquum* et *Filium perditionis* appellat. Exstant de Antichristo quatuor sermones in Ephræmi Operibus græco-latinis t. II, 222-230 et t. III, 134-136 ; 136-140 et 140-144, syriace nondum reperti. Sermo 1^{us} inscribitur : *In adventum Domini et de consummatione sæculi et in adventum Antichristi*. Sed titulus, ut sæpius fit, diversus est in diversis codicibus. Hinc apud Vossium¹ inscribitur *De consummatione sæculi et Antichristo*, vel simpliciter *De Antichristo*. Porro iste sermo, ut ex antiquissimo codice cryptoferratensi constat apud Vossium I, 241, componitur e quatuor « Madrashe » seu hymnis diversi metri. In primo hymno describit falsa Antichristi prodigia, quibus multos seducet homines et se ut Deum præbebit adorandum, simul hortatur fratres ad vigilandum et orandum ut possint impostori resistere donec ipse in fine

¹ *Opp. S. Ephrem Syri. Romæ, 1589, t. I, 233-242.*

a justo iudice disjiciatur. In secundo hymno hortatur fratres ad vitanda peccata maxime carnis ne scelestissimus ille tyrannus eis imprimat signum bestiae, quod suum sigillum imprimet in manu dextra et in fronte ne amplius possint signum crucis facere. In tertio hymno hortatur fratres ut scuto fidei se muniant contra furem illum et pessimum daemone, qui ad gregem perdendum formam veri pastoris assumet, sed non habebit suavem ejus vocem. Quia Christi nativitatem, mores, miracula, vitam atque adventum imitari fallaciter conabitur, nascetur Antichristus e spurcissima muliere. In editione romana additur, « Non vero incarnabitur. » Unde sequitur antichristum fore diabolum corpore phantastico indutum, quae est sententia S. Hippolyti rejecta a S. Hieronymo, S. Joanne Damasceno et aliis. Sed haec verba non habentur in codice cryptoferratensi et in plerisque, ut docte observat Vossius. Habet igitur Ephraemus : « Nascetur perfecte ejus organum ex spurcissima et salacissima muliere. » Atque isto habitu indutus veniet scelestissimus ille ut fur, et imitabitur veri Messiae mores ac miracula et rex a Judaeis proclamabitur, tres reges potentes percutiet, per falsa portenta orbem turbabit et se ut Deum adorandum praebit. Deus faciem ab impiis avertet, et tunc erunt pestilentiae et

fames omnisque generis mala. In hymno quarto describit illa mala, a quibus nec Antichristus suos liberare poterit. Tunc Deus mittet Eliam et Henoch qui sua praedicatione Antichristo se opponent, et imminens iudicium nuntiabunt sed pauci credituri sunt eis. Isti autem electi fugient ad montes et speluncas ad vitandam Antichristi persecutionem et Dei misericordia salvabuntur. Post tria autem tempora cum semi veniet Dominus in summa majestate ad iudicium, et Antichristus ab angelis ligatus detruetur in gehennam. Tres autem Sermones, qui habentur *Opp. graeco-lat.* III, 134-144, non continent nisi repetitionem hymnorum 2-4, quorum mox locuti sumus.

20. In sermone autem quem vulgamus S. doctor docet imminere tempora Antichristi, et mala quae sub Antichristo fient jam videt incepta in bellis quae terras Romanorum devastant ; praesertim vero in depraedationibus Hunnorum quorum crudelitatem et mores barbaros vivide describit. Hunnis applicat prophetiam Ezechielis de Gog et Magog XXXVIII-XXXIX. Docet imperium Romanorum de Hunnis triumphaturum ; destruetur autem propter peccata quibus inquinatum fuerit. Tunc veniet Filius perditionis qui thronum suum ponet in Sion et faciet se Deum Christique miracula imitabitur ; sed non poterit defunctos

suscitare. Plerique ab eo seducti ipsi adhærebunt. Electi autem fugient ad montes. Erit tunc afflictio maxima, Henoeh et Elias prædicabunt. Iniquus iratus interficiet sanctos. Descendent autem Michaël et Gabriel, duces exercitus, suscitabunt sanctos et, clamante Deo de cœlo, præcipitem dabunt Antichristum in infernum, tunc fiet iudicium.

21. In hoc sermone Ephræmus doctrinam habet consonam sermonibus antea vulgatis, non tamen repetit ea quæ jam dixerat, sed peculiara plura habet maxime de Hunnis, quorum vastationes fama audierat vel forsàn viderat.

22. Post sermonem de Antichristo adjecimus ex eodem codice dubliniensi B. 5, 19 parænesim seu piam precationem, strophis quatuor versuum septem syllabarum constantem, quæ alium non habet titulum nisi generalem appellationem « ܦܪܥܢܝܢܐ sermo » quamvis potius pertineat ad ܦܪܥܢܝܢܐ seu hymnos ad tonum ܦܪܥܢܝܢܐ ܦܪܥܢܝܢܐ confectos, ut ܦܪܥܢܝܢܐ præcedentes. Exstat hæc pia deprecatio etiam sub nomine Ephræmi in Bibliotheca Beroliensi sub numero 203 inter codices, quos cl. D. Sachau ex Oriente advexit.

Doctus ille vir, summa cum urbanitate, ex illo codice initium hujus parænesis prorsus cum nostro textu consonans mihi communicavit. Genuinum esse Ephræmi fœtum tum stylus tum doctrina, tum collatio cum parænesibus 21 et 34 confirmant. Porro in hac pia oratione S. Doctor considerans rerum caducitatem, sua peccata, suamque infirmitatem atque ad malum innatam proclivitatem, aliunde vero futurorum bonorum præstantiam, veniam petit, gratiam implorat et ad vitam æternam beatam aspirat.

23. Parænesi præcedenti adneximus *Sedram de justis* et hymnum versibus dodecasyllabis *de defunctis et sancta Trinitate* e codice Oxoniensi Marsh 711, Eminet iste hymnus doctrina theologica. Notanda maxime est diserta fidei professio, qua asseritur spiritum sanctum *a Filio* procedere. Nec dicat quis hymnum Jacobo Sarugensi qui versu dodecasyllabo continuo utitur esse tribuendum. Nam S. Ephræmus et ipse hac versuum specie in necrosimis et parænesibus pluries usus est. Præterea quando Jacobus de processione Spiritus sancti loquitur, utitur phrasi Scripturæ « a Filio accipit. »

IV.

DE JOSEPHO VENDITO ET A FRATRIBUS AGNITO.

1. S. Ephræmum poema versibus heptasyllabis composuisse de Josepho, Jacobi filio, constat tum ex auctoribus syris tum e codicibus in quibus continetur.

2. Salomo Chalatenis, qui ecclesiam nestorianorum Bassoræ tanquam metropolita regebat, anno 1222, in libro *apum* hæc habet¹ :
 « سەھەلا بەھەزا اوجە لەعەدا
 وھەوا مەھە داھەدا . اھ وھەدا
 مەھە اھەھە مەھە لەعەدا مەھە
 مەھە . مەھە وھەھە مەھە
 مەھە مەھە مەھە . مەھە مەھە
 مەھە مەھە مەھە . مەھە مەھە
 مەھە مەھە مەھە مەھە »

Quoniam multi historiam beati Joseph longo sermone prosecuti sunt, cujus etiam gesta omnia a pueritia usque ad mortem beatus Mar Ephræm sermonibus duodecim complexus est, decimumque tertium de translatione ossium ejus adjunxit ; ideo nos actis ejus fusius describendis supersedimus. »

3. Ex hisce Salomonis verbis colligitur S. Ephræmum totam Josephi historiam usque ad ejus mortem duodecim sermonibus exposuisse, et insuper tertium decimum

sermonem adjecisse de ossium ejus translatione. Similiter codex maroniticus in titulo duodecim sermones indicat, sed mancus est. Nam non perducit historiam Josephi usque ad ejus mortem, sed tantum usque ad ingressum Jacobi in Ægyptum et abrumpitur in colloquio Judæ cum Josepho antequam Jacobus ad Josephum veniat. Similiter Ill. D. Ebed-Jesu Khayyath, archiepiscopus Amadiensis, Ephræmo duodecim sermones de Josepho tribuit : « Ephræmi opera satis nota sunt... Unum solummodo addam : plurimas adhuc latescere in Mesopotamia et alibi, in manuscriptis hujus S. Doctoris lucubrations. Inter cetera jam inveni ejus carmina XII in Joseph, quæ tanta elegantia et tam mirabili gratia sunt conscripta, ut maxime sit exoptandum ea quam citius luci et litterarum syriacarum, nec-non S. archæologiæ et philologiæ studiosis donatum iri². » Quamvis autem Ill. D. Khayyath duodecim memoret sermones Ephræmi in Josephum, ejus tamen codex, quem misit ad cl. D. Bedjan, nonnisi octo vel novem continet. Editus est

¹ Apud E. A. W. Budge *Anecdota Oxoniensia, semitic series : The Book of the Bee*. Oxonii, 1886 p. 50 et 47. Cf. J. S. Assemanus *Bibl. Or.* I, 57.

² G. Ebed. Jesu Khayyath *Syri orientales seu chaldaei*. Romæ, 1870, p. 127.

iste codex, duobus abhinc annis, a cl. D. Bedjan, sacerdote Persa, nunc in Belgio commorante, qui hæc in præfatione chaldaice monet: « Excellentissimus Ebed-Jesu Khayyath, metropolita chaldæus Amidæ, qui cum debili me allaboravit corrigendis libris officii canonici sacerdotum, dedit mihi codicem horum sermonum quando, accepta ejus benedictione, 17^a 7^{bris} 1885, discessi ab eo ut venirem Parisios. Tunc temporis impressio Hodræ (Breviarii) non permisit hisce sermonibus meas curas impendi. Hoc autem anno (1887) Ill. D. Lamy, professor Lovaniensis, exscribi curavit aliud exemplar juxta codicem vaticanum et juxta codicem monasterii Maronitarum Romæ commorantium, quod exemplar ad me benevole misit ut illud conferrem cum codice metropolitani supra dicti. Ex his tribus aut quatuor codicibus collegi hunc librum quem edidi in utilitatem omnium fratrum meorum Chaldæorum et Syrorum. Iota unum aut apicem de meo non addidi præter puncta vocalia et regulas grammaticales quæ pro debili mea scientia apposui¹. »

4. Ill. D. Rahmani possidet etiam codicem in quo continentur et Ephræmo adscribuntur iidem sermones quos vulgamus. Pariter

codex Vaticanus et codex maroniticus hos sermones Ephræmo adscribunt. Hæc communis assertio confirmatur non solum e versibus heptasyllabis, quibus S. Ephræmus plerosque suos ܡܘܨܘܘܢܐ digessit, sed etiam e stylo, qui totus Ephræmiticus est et quoad metaphoras et quoad dictiones et sententias atque maximam habet analogiam cum sermone de Peccatrice quem t. I, 313 edidimus. Tota enim Josephi historia colloquiis digesta est, ad modum sermonis præcitati. Mira autem arte vates syrorum illa colloquia describit conformiter ad ipsam Josephi historiam in Genesi narratam. Ars autem maxime elucet in sermone octavo quando Josephus scypho utitur ad probandos fratres. Codex Musæi Britannici add. 14,590 sæc. VIII-IX nobis præbuit secundum sermonem absque nomine auctoris inter sermones Jacobi Sarugensis. At versus heptasyllabi non sinunt episcopo Batnarum sermonem adscribi, ut fecit cl. W. Wright nuper defunctus², eo vel magis quod iste sermo omnino differt a decem Jacobi Sarugensis sermonibus in Joseph quos describit J. S. Assemanus, *Bibl. Or.* I, 323.

5. Gravior fit difficultas e Musæi Brit. cod. add. 12,166 sæc. VI. Ibi enim primus sermo de Josepho

¹ ܘܢܘܨܘܢܐ ܕܥܒܕ ܝܫܘܥ ܕܚܝܝܬܐ ܕܚܠܕܝܐ *Histoire de Joseph par S. Ephrem, poème inédit en dix livres.* Paris, 95, rue de Sévres, 1887. Opus impressum est

typis Drugulin, Lips. 1887. Chaldaice.

² *Catalogue of Syriac manus. in the British Museum*, part. II, p. 753.

tribuitur Balæo : « *ܡܘܨܝܐ ܕܡܘܨܝܐ ܕܡܘܨܝܐ ܕܡܘܨܝܐ ܕܡܘܨܝܐ* » *Sermo primus de Joseph dictus a beato Mar Balæi.* » Balæus, Isaaco Antiocheno coævus, auctor habetur versus pentasyllabi, quia communiter illo usus fuerit. Hucusque nihil ejus carminum repertum est quod alio metro sit exaratum. Inscriptio igitur sermonis errore scribæ Balæo tribuit quod Ephræmi est. Etenim in codicibus VI et VII sæculi non raro fit ut unus idemque sermo diversis tribuatur auctoribus. Sic reperiuntur sermones qui in uno codice Ephræmo adscribuntur, in altero autem S. Isaaco Antiocheno. Sermo I *de admonitione*, quem tomo II, 313, sqq. edidimus, in cod. add. 14,605 VI sæc. Ephræmo tribuitur, in cod. add. 12,166 VI sæc. de quo hic agimus, adscribitur Isaaco. Sicut igitur scriba erravit in hujusce inscriptione sic et in illa Balæi. Multi auctores Syri de Josepho scripserunt. Jam diximus Jacobum

sarugensem decem de eo sermones exaravisse. Exstat in cod. syr. Berolinensi 219 carmen Narsetis versibus dodecasyllabis et in cod. 190 carmen Balæi versibus pentasyllabis, unde confirmari videtur nostra sententia, mendo scilicet scribæ sermonem primum Balæo tribui in cod. add. 12,166.

6. Ex hucusque disputatis mihi videtur recte posse concludi Ephræmum hujus poematis esse auctorem. Textum autem fideliter a scribis recentioribus fuisse transcriptum patet conferenti sermones primum et octavum cum codice VI sæculi. Varias lectiones quæ aliquid momenti habebant sedulo notavimus.

7. Porro divisio quæ in codicibus habetur non fuerit ab ipso Ephræmo sed a scribis apposita. Nam primus sermo *de invidia* terminatur doxologia quæ habetur ad finem 2ⁱ sermonis; secundus sermo ad finem sexti; tertius ad finem septimi; quartus ad finem octavi.

V.

HYMNI DE CONFESSORIBUS ET MARTYRIBUS, DE ABRAHAM KIDUNAIA ET JULIANO SABA.

1. *De confessoribus et martyribus.* Isti hymni descripti sunt e duobus Musæi Britannici codicibus nempe sex priores e cod.

add. 14,592, e quo etiam eruti sunt hymni de Abraham Kidunaia et de Juliano Saba. Iste codex antiquissimus est, utpote ad sæculum

VI-VII referendus. Olim continebat duodecim hymnos in *Confessoribus* ⲕⲥⲱⲟⲩ ⲛⲁ, hodie non remanent nisi quinque posteriores, quos sequitur hymnus in septem filios Machabæos; septem autem priores hymni injuria temporum perierunt. Quum omnes hymni superstites sint ad tonum, qui dicitur ⲕⲥⲱⲟⲩ, *Confessorum*, vix dubitem hymnos 7 et 11 qui in codice 14,506 veniunt sub nomine Martyrum ad hymnos e codice 14,592 decisos pertinere, ita ut quinque tantum hymni hucusque desint. Etenim hymni 7 et 11 mox indicati non solum sunt ad tonum Confessorum, sed tonus ille e prima strophâ hymni 7 desumptus est.

2. Ceteri hymni desumpti sunt e cod. add. 14.506, e quo jam hausimus hymnos de Epiphania, de B. M. V. et de jejuniis. Veniunt in hoc codice sub titulo: ⲥⲱⲟⲩ ⲛⲁ de *Martyribus*, agunt autem non solum de martyribus sed de sanctis communiter; idcirco eos cum præcedentibus conjunxi. Nam observandum est vocabulum ⲕⲥⲱⲟⲩ, etsi proprie *Confessorem* notet, generalius etiam de *Martyribus* usurpari, ut fusius infra declaravimus: quare unus idemque hymnus recenseri potest inter hymnos de Confessoribus vel de Martyribus. Porro hymnus 7^{us} communiter invenitur in libris liturgicis Jacobitarum; hymnus autem 20^{us} reperitur in cod. add. 14.574 sæc. VI.

3. In omnibus hisce hymnis vates Syrorum celebrat facundeque describit atque ad astra usque extollit præclara martyrum et confessorum gesta. Simul autem docet eos, quamvis violentiam a tyrannis passi fuerint et per vim tormentis subjecti, tamen libera, qua omnes homines gaudent libertate, supplicia pro amore Christi sustinuisse, fidemque cum dispendio vitæ professos esse, adeoque eos optime divina beneficia meruisse atque cohæredes et amicos Christi effectos. Quapropter eorum virtutes atque actiones in exemplum imitandum proponit fidelibus; pluribus etiam agit de eorum intercessione qua nobis auxilia spiritualia ac corporalia a Deo obtinent. Docet denique piam venerationem exhibendam esse eorum reliquiis, quibus etiam multa auxilia hominibus conferuntur. Nullus, inter veteres, dilucidius, copiosius aut facundius egit de cultu sanctorum et de veneratione eorum reliquiis debita ac de invocanda potenti eorum intercessione apud Deum. Quod autem generaliter et de omnibus sanctis fecit, hoc peculiariter de septem filiis Machabæis, de Abraham Kidunaia, de Juliano Saba et de quadraginta Sebastiae martyribus iteravit.

4. Eandem doctrinam evolvit et confirmat in sermone de Martyribus et in sermonibus græcis in sanctos martyres et in patres qui obdormierunt.

5. *De Abraham Kidunaia.* Hymni quindecim de Abraham *Kidunaia* vel Chidunensi, ut scribit J. S. Assemanus, descripti sunt a Cl. D. P. Martin e Musæi Britannici cod. add. 14, 592, sæc. VI vel VII, unde eruimus hymnos de confessoribus, de Machabæis, et de Juliano Saba.

6. Porro Abraham, *Kidunaia* dictus est a vico ⲕⲓⲃⲏⲛ Kidun juxta Edessam¹, cujus incolas ethnicos magnis laboribus et invicta patientia ad fidem adduxit eorum presbyter factus. Sanctus eremita notissimus est apud Syros, non ita apud Græcos et Latinos. In *Chronico edesseno* hæc habentur : ⲉⲃⲉⲥⲥⲁ ⲛⲉⲃⲉⲥⲉⲛⲟ ⲛⲉⲃⲉⲥⲉⲛⲟ » Anno sexcentesimo sexagesimo septimo (Chr. 356) claruit Abraham Kidunaia inclusus². » Gregorius Barhebræus : « Hoc tempore (S. Ephræmi) vixerunt beatus Julianus Saba et Abraham Kindunaia³. » Annotatio chronologica inserta in *Catena Patrum*, quam continet codex Mus. Brit. add. 12, 155. fol. 177, qui codex sæc. VIII exaratus fuit, reponit mortem Abraham Kidunensis cum illa Juliani Sabæ in annum græcorum 678 (Chr. 366-367) quum annos 70 natus esset et 50 in religione juxta ejus Acta

transegisset. « ⲁⲃⲣⲁⲃⲁⲙ ⲕⲓⲃⲏⲛⲁⲓⲁ ⲛⲉⲃⲉⲥⲉⲛⲟ ⲛⲉⲃⲉⲥⲉⲛⲟ » anno 678 (Chr. 366) die 14^a decembris obiit Abraham Kidunaia. » Annus mortis Abraham aliunde non cognoscitur. Martyrologium romanum Abraham memoriam facit ad diem 6 martii his verbis. « In Syria S. Abrahami eremitæ, cujus res gestas beatus Ephræm conscripsit. »

7. Porro ejus *vita* græce et latine habetur inter opera S. Ephræmi⁴, cui auctori codices græci illam tribuunt. Sed multum controvertitur de ætate qua Abraham ille vixerit et de auctore : an sit Ephræm syrus. « Bollandus, ait Assemanus⁵, ad diem 16 martii, et post eum Pagijs, ad annum Christi 525, contendunt Abraamium neptemque ejus Mariam Ephræmo nostro duobus fere sæculis posteriores esse vitamque anachoreticam duxisse non procul a Lampsaco et a Tenea Lampsacenæ dioceseos ad Hellepontum vico, uti ex Metaphraste in ejus vita colligitur : quocirca alium a nostro fuisse Ephræmum existimant, qui res eorum gestas litteris prodidit : » nam, immenso, inquiunt, terrarum spatio distat a Syria Hellespontus, ut Ephræm Syrus, in sola propemodum Syria commeratus, ideoque græce linguæ

¹ Cfr. J. S. Assemani *Bibl. Orient.* I, 396 not.

² Ap. J. S. Assemani *Bibl. Or.* I, 396.

³ Greg. Barhebræi *Chron. eccl.* I, 86. Scribit

Barhebræus *Kindunaia* mendose pro *Kidunaia* ut ceteri scribunt.

⁴ *Opp. græco-lat.* II, 1-20.

⁵ *Bibl. Orient.* I, 38, not.

inexpertus, vel ex hoc capite non potuerit socius esse ac familiaris Abrahami a littoribus Hellesponti nunquam ulterius digressi. » Verum præterquam quod ipsa Abrahami et Ephræmi nomina Syris, non græcis monachis familiaria sunt, si Abrahami vita quæ apud Vossium extat, cum aliis Ephræmi nostri lucubrationibus comparetur, palam fit, eandem esse styli simplicitatem, eadem sensa, eosdem affectus.

8. « Deinde appendix ¹ illa, quam Metaphrastes subjungit, cujus initium : « Hei mihi, carissimi, quoniam hi quidem qui obdormierunt, etc. » procul dubio Ephræmum sapit, ut evolventi reliqua ejus opera apparet : atque adeo videtur unus idemque Ephræmus noster utramque conscripsisse vitam scilicet Abrahamæ, et appendicem : alioquin nulla esset ratio cur Metaphrastes opus Ephræmi nostri cum vita Abrahamæ ab altero conscripta conjungeret et quamvis in codice græco vaticano appendix illa desideretur, ut notat Vossius, extat tamen in aliis optimæ notæ manuscriptis, quæ editionis Oxoniensis curatores publicarunt, quod argumento est eam vitam cum appendice ab auctore quidem editam, sed a nonnullis librariis tanquam superfluum prætermissam fuisse. Præterea verba illa Ephræmi « Re-

liquas ejus virtutes alibi descriptissimum non obscure indicant auctorem illius vitæ Ephræmum nostrum auctorem esse, qui in alio volumine laudes Abrahamæ texuerit, licet ad manus nostras nondum pervenerit : nam id genus scriptio- nis Ephræmo Syro familiare fuit (revera hoc fecit Ephræmus in 15 hymnis). Demum Hellesponti, Lampsaci et Teneæ nomina in quibus tota Bollandi et Pagii conjectura fundatur nec in sinceris ac genuinis Abrahamæ Actis, nec in Menologiis Græcorum habentur. Solus Metaphrastes exhibet ap. Lipomanum t. 2, cujus hac in re non debet tanta esse auctoritas ut solo ejus testimonio res definiatur. »

9. A quo tempore J. S. Assemanus hæc scripsit, multa reperta sunt quæ ejus sententiam firmant. Mendum utique apud Metaphrasten irreperit in nominibus Hellesponti, Lampsaci et Teneæ ; nam in quatuor codd. Syriacis, de quibus mox sermo erit, pro his nominibus ponitur ܩܝܕܘܢ Kidun, vicus prope Edessam, a quo Abraham cognomen Kidunaiæ accepit, ut e testimoniis supra allatis confirmatur. Nec difficultas fieri potest ex eo quod textus græcus habet Αβρααμωσ , nam alii codices habent Αβρααμ et quatuor codices syriaci ubique habent « Abraham. »

10. Extat porro *Vita* Abrahamæ

¹ Non habetur apud Metaphrasten in editione Pa-

trol. gr., sed in *Vita* quæ inter *Opp. græco-lat.* Ephræmi reperitur.

ܐܘܪܝܢܐ ܕܥܘܒܝܢܐ ܕܥܘܒܝܢܐ ܕܥܘܒܝܢܐ :
 Deduxerunt autem corpus ejus
 incolæ civitatis cum psalmis et
 canticis et hymnis quos de eo com-
 posuit beatus Ephræm et efferen-
 tes posuerunt illud in arca in
 cœmeterio sub templo magno ubi
 etiam beatus Ephræm post obitum
 depositus fuit. » Hæc alium ab
 Ephræmo auctorem indicant, nisi
 forte ab altero adjecta fuerint;
 nam hic codices syriaci plurimum
 differunt, imo in textu græco hæc
 deficient. Quidquid sit, sanctus
 Syrorum Doctor in suis hymnis al-
 ludit ad præcipua Abrahamæ gesta et
 easdem ei tribuit virtutes quæ in
 Vita ejus describuntur. Sic alludit
 ad ejus matrimonium cum propo-
 sito castitatis servato, ad evange-
 lizationem Vici Kidunæ, ad eccle-
 siam ibi ab Abraham ædificatam,
 ad tribulationes quas ibi passus
 est; docet Abrahamum sacerdotio
 insignitum fuisse et describit ejus
 virtutes ac vitam asceticam, prout
 narrantur in Actis.

13. Hymni in *Julianum Sabam*.
 In eodem codice (add. 14,592),
 unde exscripsimus hymnos in
 Abraham Kidunaiam, exstant 24
 hymni in Julianum, qui propter
 longam suam vitam appellatus est
 syriace *Saba*, vel, ut occidentales
 pronuntiant *Sobo*, id est senex.
 Isti hymni Ephræmo auctori ad-
 scribuntur ad finem hymni 1. Duo

1 Ap. Asseman. *Bibl. or.* I, 397.

necrosima 5^m et 24^m, quæ inter
 Ephræmi opera (*Opp. syr-lat.* III)
 edita sunt, confecta sunt ex hym-
 nis in Julianum Sabam, ut ad
 hymnos 4^o et 18 notavimus. Phi-
 loxenus, Mabugi episcopus, alle-
 gat sub nomine Ephræmi verba
 S. Doctoris in hymno 19^o in Epi-
 stola ad monachos, quæ habetur in
 M. B. cod. add. 12, 164, sæc. VI.
 Citata Philoxeni leguntur fol. 139.
 Alia citata invenimus in catenis. In
 cod. add. 14,532 fol. 79 et 14,538,
 fol. 25 et in cod. rom. 138 sæc. X,
 (ap. Mœsinger *Monumenta syr.* II,
 49) citatur hymnus 2^m. Quare au-
 thentia horum hymnorum extra
 omnem controversiam posita est.
 Hymni autem propter laceratum
 codicem non sunt integri; defi-
 ciunt 1^a strophæ hymni 3ⁱ, et non-
 nullæ strophæ in hymnis 19, 20,
 23, et 24. Ultimi hymni desunt in
 codice hac parte lacerato, nec po-
 tuimus eos aliunde supplere.

In *Chronico Edesseno*¹ mors
 Juliani Sabæ reponitur in annum
 Græcorum 678, Christi 366-67.
 Idem annus ei assignatur in M. B. ^{Julianus}
 cod. add. 12,155 fol. 177. Hic ^{Saba.}
 annus comprobatur ex hymnis S.
 Ephræmi, qui Juliani Sabæ mor-
 tem pulcherrimis versibus deflet.
 Porro S. Ephræmus mortuus est
 anno 373. In ejus *Actis* (supra
 t. II, 74) dicitur: « Fuerunt beato
 Ephræmo multi amici viri perfecti
 atque sancti: Mar Saba monachus,

vir pietate eximius. Quo mortuo composuit in eum hymnos, quibus descripsit omnem ejus vitæ rationem, quia hunc virum plurimum venerabatur. » Quare minus recte Bollandiani¹ volunt ejus mortem diu post annum 367 esse differentiam. Aliunde e Theodoro² discimus Juliano longe distante miraculose innotuisse mortem Juliani apostatæ. Unde colligitur mortem Sabæ post annum 364 contigisse. Nec obstat quod idem Theodoretus narrat Sabam Antiochiam venisse ejecto Meletio, nam Socrates³ et Sozomenus⁴ referunt Meletium a Valente jam anno 365 e sede pulsum fuisse. Recte igitur mors Juliani in an. 367 reponitur. Ex hymnis Ephræmi constat Julianum vitam asceticam duxisse in deserto non procul ab Edessa, in spelunca vixisse, jejunio et orationi incubuisse, miracula patrasse, plurimos habuisse discipulos, monasterium fundasse, in monte Sinai ecclesiam extruxisse et apud Osrhoenos rediisse ac obiisse, hæc autem omnia conveniunt cum iis quæ tradit Theodoretus in *Vita Juliani Sabæ*⁵. Immerito igitur J. S. Assemanus⁶ et post eum Bollandiani⁷ contra Papebrochium, decepti e sermone græco in Julianum asce-

tam⁸, cujus initium saltem interpolatum sit, distinxerunt Julianum de quo agit S. Ephræmus ab illo cujus historiam narrat Theodoretus.

14. *Hymni in 40 martyres Sebastię*. Desumpti sunt sex isti hymni e cod. M. B. add. 14,506, de quo diximus in prolegomenis tomi I p. XLIX. Isti hymni non sunt integri; præcipuæ quædam strophæ selectæ fuerunt pro usu liturgico. S. Doctor fuse egit de 40 martyribus Sebastię. Pars ejus hymnorum habetur in versione græca quæ edita est in *Opp. græco-lat.* II, 341-356. Alia pars hic habetur. In hisce celebrat sacer vates martyrum fortitudinem qui per totam noctem frigus ventumque acrem et gelidum nudi in stagno congelato sustinuerunt.

15. Denique pro coronide adjeci duos hymnos in libris liturgicis maxime notos, quorum primus incipit ܩܕܝܫܐ ܩܘܪܒܐ ܕܩܝܫܐ ܕܩܝܫܐ sponsa regis, alter: ܩܕܝܫܐ ܩܘܪܒܐ ܕܩܝܫܐ ܕܩܝܫܐ Pater scripserat epistolam. Hos hymnos summa benevolentia ad me miserunt Fratres Prædicatores qui Mausiliæ præclaram operam navant in edendis libris syriacis, maxime vero *Breviario Syrorum*. Gratias spectatim ago R. P. Gormachtig, cujus labor mihi tam utilis fuit.

¹ *Acta Sanctorum*, oct. t. VIII, 552.

² *Historia religiosa* II, ap. Migne *Patrol. gr.* LXXXII, 1318.

³ *Hist. Eccl.* IV, 2.

⁴ *Hist. Eccl.* VI, 7.

⁵ *Hist. relig.* II, et *Hist. Eccl.* Cfr. etiam Sozome-

nus, *Hist. eccl.* III, 4; Nicephorus Call. *Hist. eccl.* IX, 15; Greg. Barhebræus, *Chron. Eccl.* I, 86.

⁶ *Bibl. orient.* I, 154-155.

⁷ *Acta Sanctorum*, Oct. t. VIII, 347-348.

⁸ S. Ephræmi *Opp. græco-lat.* III, 254, sqq.

MONITUM

IN SÉRMONES QUI SEQUUNTUR.

Sermones *Rogationum* sive de *Rogationibus* desumpti sunt e triplici fonte.

1^o E codice add. Musæi Britannici 17,164 fol. 1-15. Iste codex membranaceus, initio et fine mutilus, ad sæculum VI referendus est. Continet autem sermones Ephræmi, Jacobi Sarugensis et Isaaci Antiocheni. Multa porro folia ablata sunt, præsertim in Ephræmi sermonibus. Olim decem ad minus sermones *Rogationum* in codice legebantur; hodie non remanent nisi fragmenta septem priorum sermonum, fol. 1-6, octavus et nonus integri et initium decimi, fol. 6-15. Hunc codicem littera A designavimus.

2^o E codice chartaceo sæc. XVII, qui nunc reponitur in Bibliotheca collegii S. Trinitatis Dublinii signatus B. 5. 18. Iste codex totus Ephræmiticus est, ut indicatur in titulo, qui sic se habet: « In virtute S. Trinitatis incipimus scribere librum sermonum rogationis (ܩܘܬܘܢܐ ܕܩܘܬܘܢܐ) e sermonibus beati Mar Ephræm selectorum juxta ordinationem Mar Jaqiræ. » Omnes porro sermones sermonumque fragmenta et hymni absque ulla distinctione describuntur tanquam unus sermo, eodem fere ordine quo veniunt in *Breviario chaldaico* mox citando.

4 том. III.

Multa autem jam sunt edita. Nempe : p. 3-4 *necrosimon* 64, p. 8-19 fragmenta sermonis ܩܘܬܘܢܐ ܕܩܘܬܘܢܐ *Opp. syr.-lat.* III, 656, sqq., p. 62-135 sermo in *Jonam* *Opp. syr.-lat.* II, 359, sqq., p. 153-182 varia fragmenta et hymni, maximam partem, edita, ut v. g. *paræneses* 54 et 74 p. 159 et 174. In his scriba inseruit hymnos Mar Jacobi ܩܘܬܘܢܐ ܕܩܘܬܘܢܐ p. 182-186. Reliqua, si unum aut alterum fragmentum excipias, veniunt etiam in *Breviario chaldaico*. Codicem littera D indicavimus.

3^o E *Breviario chaldaico*, Lipsiæ an. 1886 impresso a R. D. Bedjan, presbytero lazarista, juxta codices ex Oriente allatos. In plerisque convenit cum cod. D. Sermones *Rogationum* habentur ad finem tomi I, p. 411, sqq., sub hoc titulo:

ܩܘܬܘܢܐ ܕܩܘܬܘܢܐ ܕܩܘܬܘܢܐ ܕܩܘܬܘܢܐ
ܩܘܬܘܢܐ ܕܩܘܬܘܢܐ ܕܩܘܬܘܢܐ
ܩܘܬܘܢܐ ܕܩܘܬܘܢܐ ܕܩܘܬܘܢܐ Libellus
sermonum Rogationis qui selecti
sunt e sermonibus Beati Ephræmi.»
Disponuntur in lectionibus per
hymnos et antiphonas separatis.
Illæ lectiones desumptæ sunt e
sermone de *Reprehensione* : ܩܘܬܘܢܐ
ܩܘܬܘܢܐ ܕܩܘܬܘܢܐ, e sermone de *Pœnitentia*
Ninivitarum et e sermonibus
Rogationum. *Breviarium* littera B indicamus.

مواظبا وحقا

SERMONES ROGATIONUM.

I.

Sermo I.

Petit cum fiducia veniam a Deo.

الله يا بهي حلا صعب . وحلحله
 فذا حب . ساب وكي هكي انا اب . لعصب
 هكي اوسب . لا نال لادوسه . وحسلا
 السهو انا . حسبه فحلا حبعلا .
 هكي لهل حمار . حوهل عنب لافلا
 ل . ولسه اوسه اسلب عهدهل . لا
 بحد لافلا سبال . حمر اوسه لافلا حبهل .
 حفضه لارا بللعهو . لوسه وخن مذل ل .
 حفه وفضا حبهل . ونبلك حبه لالول .
 حفه وحصم اوسل . وبعلا حبهل وحب .
 هك ل لافلا حسلل . وبل لافلا حصم .
 هك ل لافلا حلحلهل . وبل نحصو د
 حبعلا . هك ل لافلا وبل . وبل وبع
 حلحلهل . هك ل لافلا لحهل . وحب قنلا
 سهل لافلا . هك ل لافلا وحب حهلا .
 وبل وبل سوسه مبعسل . عهلا عنب حهلا
 هكي هبل . هفلا حبعسل هلال . وبل
 ملهلا هك وحبلا . لافلا ل لافلا
 وبعسل . لافلا وبل حهلا حهلا .
 وبعسل حبلل ههسل . هه وبل عنب
 وبل . لا لافلهل لافلهل . لافلهل
 وبل لافلهل وبل حهلا لافلهل .

1. Parce, Deus, populo tuo qui
 poenitendo te invocat. Attendas
 quod si multum te exacerbavimus,
 multas etiam tibi gratias egimus.
 Non decet tuam paternitatem do-
 lore suam ocludere portam. Ho-
 mine proximum suum consolante,
 crescat erga nos consolatio tua. Sis,
 Domine, propitius nobis, quia tu es
 gloriatio nostra. Aliam, o factor
 noster, nescimus portam quam por-
 tam tuam. Ad quem confugiemus
 si Dominus nos deserat? Quis simi-
 lis est creatori nostro, ut pro eo
 commutemus Deum nostrum? quis
 suavis est sicut tu, ut mens nostra
 in ejus partes abeat? Da nobis in
 misericordia tua locum nosmetipsos
 castigandi; da nobis in bonitate
 tua locum reprimendi mala nostra;
 da nobis, o judex noster, locum ut
 nostris operibus nos judicemus; da
 nobis, o vindex noster, locum ut
 lacrymis deleamus reatus nostros;
 da nobis, summe sacerdos, locum
 ut purificati stemus coram te; audi,
 Domine, orationem adoratorum
 tuorum et in misericordia tua exau-
 di petitiones nostras. Oratio clavis
 est creaturae; aperiatur nobis thesau-
 rum tuae misericordiae. O Bone
 omnis morae nescie, cito adducas sa-
 lutem tuam. Confitemur, Domine,
 nos peccavisse. Ne abneget nos bo-
 nitas tua. Ad confusionem nostram
 sufficiat nos in te mansuetum de-
 liquisse.

a E cod. B. p. 430. — b D حبلل — c D حمار — d D رادو — e D لافلا — f D لافلا

لاسا لاسا : وهنوعا ٥٥٠ . ذت ٥٥٠ سعوا
 مع لاسا .^a . لاسا لاسا مع سعوا . ٥٥٠
 وهنوعا لاسا لاسا . لاسا لاسا لاسا
 مع راسا . حنوعا وهنوعا لاسا لاسا . لاسا لاسا
 حنوعا لاسا . حنوعا لاسا لاسا مع سعوا .
 لاسا مع سعوا لاسا . سوا سعوا لاسا
 حنوعا . لاسا مع حنوعا لاسا . سعوا لاسا
 وهنوعا لاسا . لاسا وهنوعا مع لاسا . لا
 سعوا لاسا لاسا . لاسا وهنوعا مع لاسا . لا
 سعوا لاسا لاسا . لاسا لاسا : وهنوعا لاسا
 لاسا حنوعا . وحنا وهنوعا لاسا لاسا .
 حنوعا لاسا لاسا لاسا . وهنوعا لاسا لاسا .
 وهنوعا لاسا مع سعوا . سعوا لاسا لاسا :
 لاسا لاسا . سعوا لاسا حنوعا لاسا .
 حنوعا لاسا لاسا . وللاسوا لاسا لاسا .
 لاسا لاسا لاسا حنوعا . وهنوعا لاسا لاسا .

سعوا لاسا حنوعا لاسا . وهنوعا لاسا لاسا
 لاسا . سعوا لاسا حنوعا لاسا . وحنا
 لاسا لاسا لاسا . لاسا لاسا لاسا لاسا .
 لاسا لاسا لاسا . لاسا لاسا لاسا .
 لاسا لاسا لاسا . لاسا لاسا لاسا .
 لاسا لاسا لاسا . لاسا لاسا لاسا .
 لاسا لاسا لاسا . لاسا لاسا لاسا .
 لاسا لاسا لاسا . لاسا لاسا لاسا .
 لاسا لاسا لاسا . لاسا لاسا لاسا .
 لاسا لاسا لاسا . لاسا لاسا لاسا .
 لاسا لاسا لاسا . لاسا لاسا لاسا .
 لاسا لاسا لاسا . لاسا لاسا لاسا .

^a D لاسا - D لاسا - B لاسا

2. Sipienti major est indulgentia ^{Peccatum timendum non castigatio.}
 quam castigatio. Intelligenti melior est cognitio mali quod fecit
 quam virga ; libere agenti melius est erubescere malo quod fecit
 quam reprobatione ; ratione utenti delictum virga asperius est. Qui
 virgam timet uno instanti timet ; qui iniquitatem timet illo metu
 continuo munitur ; qui oculos hominum veretur in cubiculo clam
 peccare potest ; qui oculos Boni veretur secreto peccare nequit.
 Nullus quippe datur locus in quo peccare possit, cum Deus sit ubique.
 Vir probus, ubi deliquit, deficiente tuo flagello, ipse se flagellat ;
 qui de se sapiens est virga se flagellat. Domine, illi qui agnoscit
 se in te peccasse debetur ista confusio, nobis erubescendum est quod
 factorem nostrum exacerbavimus. Ecce impressa in nobis est poenitentia,
 signum pudefactorum.

3. Meruimus, Domine, pudefieri, ^{Castigari meruimus,}
 quia praevaricatores in bonum fuimus ; meruerunt, Domine, peccatores
 nomen servorum malorum. Ipsa creatura jure merito nos reprehendit
 publice. Quia unusquisque nostrum sua probra occultat, ira divina
 ea manifestavit ; quia non adest propheta qui nos corripiat, ira divina
 clamat contra malos ; quia reliquit nos Spiritus sanctus, perturbatio
 nos invasit ; quia nemo est qui corripiat et increpet, locusta suo
 silentio nos increpat ; quia nemo est qui clamet et objurget, increpat
 nos grando ; quia nemo est qui metum nobis incutiat, motus terræ

אב לא חביר . ופדפדסח אפיק אב
 איתא . חבירא ויהי סמכא אב . ויהי
 אבוק חביר חבירא . ויהי אבוק אבוק .
 אבוק חביר אבוק . ויהי אבוק אבוק
 אבוק . חבירא חבירא חבירא חבירא
 אבוק חבירא חבירא חבירא חבירא
 אבוק חבירא חבירא חבירא חבירא
 אבוק חבירא חבירא חבירא חבירא
 אבוק חבירא חבירא חבירא חבירא
 אבוק חבירא חבירא חבירא חבירא
 אבוק חבירא חבירא חבירא חבירא
 אבוק חבירא חבירא חבירא חבירא
 אבוק חבירא חבירא חבירא חבירא
 אבוק חבירא חבירא חבירא חבירא
 אבוק חבירא חבירא חבירא חבירא
 אבוק חבירא חבירא חבירא חבירא
 אבוק חבירא חבירא חבירא חבירא
 אבוק חבירא חבירא חבירא חבירא

nos trepidare facit ; minæ in aere
 excitatæ magno pudore nos affece-
 runt. Qui aliquid esse existimaba-
 mur facti sumus sicut nihil. Homi-
 nes censebamur et bruta sunt nobis
 sapientiora. Iratæ sunt contra nos
 creaturæ, quia creatoris iram exci-
 tavimus ; sol in cœlo obscuratus
 est, quia iniquitas nostra suo fumo
 terram operuit ; nubes eum velavit,
 quia ipsum de prævaricatoribus
 pudebat. Nebula velamine suo lu-
 nam, tenebrarum lucernam, sicut
 Moysen glorificatum, obtexit ut
 majori ignominia nos operiret. Lo-
 custæ, quæ pedibus calcantur, nos
 calcant ; virtus exigua nos vincit.
 Justi, castitate puri, gigantes vice-
 runt ; justi mortuos vivificarunt,
 nos autem pestis consumit ; domus
 per justos benedictæ sunt, ligones
 immissi sunt in peccata nostra ;
 ulcera et pestilentiaë significarunt
 os nobis claudendum esse. Moyses
 imperavit locustis et exierunt¹ ;
 per nequitiam nostram excitaverunt
 in regione nostra terrores qui
 nos exagitant. Justis somnia oblata
 sunt, sed illi expergefatti non ter-
 riti fuerunt, nos vero somniis com-
 movemur. Fiducia plenus erat Da-
 niel in lacu, Anania et socii in
 fornace, nos vero terroribus exa-
 gitamur in cubiculis et in lectis
 somniis perturbamur. Hæc suffi-
 ciunt ad nos, qui ad sonitum folii
 deficimus, pudefaciendos ; hæc suf-
 ficiunt ad suadendum extinctam
 esse in nobis puritatem ; hisce
 cuncti discere possunt nos non ter-
 ræ et stercore esse destinatos.

¹ Ezod. XI, 12.

אבוק חבירא חבירא חבירא חבירא

الحَصْرُ مِنِّي حَلًا : سَلْبًا لَا غَمْعَ .
 حَلٌّ لِي أَوْ حَلٌّ لِحَالِي : وَسَعْدُ لِي
 وَمُجَلُّ . حَقًّا وَمُجَلُّ : حَالِي أَوْ
 حَالِي . سَعْدًا أَوْ حَالِي : حَالِي
 وَمِنْ أَوْ حَالِي . سَعْدًا وَمِنْ
 حَالِي . حَالِي . حَالِي :
 حَالِي حَالِي حَالِي . حَالِي حَالِي
 حَالِي : حَالِي حَالِي . حَالِي حَالِي
 حَالِي حَالِي حَالِي : حَالِي حَالِي .
 حَالِي حَالِي حَالِي : حَالِي حَالِي .
 حَالِي حَالِي حَالِي . حَالِي حَالِي
 حَالِي حَالِي حَالِي : حَالِي حَالِي .
 حَالِي حَالِي حَالِي : حَالِي حَالِي .
 حَالِي حَالِي حَالِي .

حَالِي حَالِي حَالِي . حَالِي حَالِي
 حَالِي حَالِي حَالِي : حَالِي حَالِي
 حَالِي حَالِي حَالِي . حَالِي حَالِي .
 حَالِي حَالِي . لا حَالِي حَالِي : حَالِي
 حَالِي حَالِي حَالِي . لا حَالِي حَالِي :
 حَالِي حَالِي حَالِي . لا حَالِي حَالِي :
 حَالِي حَالِي حَالِي : حَالِي حَالِي .
 حَالِي حَالِي حَالِي : حَالِي حَالِي .
 حَالِي حَالِي حَالِي : لا حَالِي حَالِي

1 Jer. XII, 11.
 2 IV Reg. V, 20-27.
 3 I Reg. XXV, 3 sqq.

4. Filios nos vocavit Altissimus ^{Gloriamur}
 et nequidem servis æquiparari pos- ^{in peccato,}
 sumus. Non est qui redeat ad cor¹ ^{virtutes}
 ut recogitet se peccasse. Rebus, ^{despici-}
 quæ antiquis grave attulissent de-
 decus, gloriatur generatio nostra
 perversa. Giezi² de furto repre-
 hensus est, nostra autem furandi
 audacia alte vocem extollit. Con-
 vitia Nabalis³ ejus sequaces nobis
 in hæreditatem reliquerunt ; tunc
 pueri Davidis tacebant, hodie dant
 consilia. Pro justitia veterum vix
 sufficit nobis defraudatio. Non di-
 ligitur hodie humilis sicut timetur
 luxuriosus. Vir vicinis metuendus
 opera mala in retributionem affert.
 Paupertas Apostolorum decus est
 Simonis Petri ; quia pecuniam ad
 manum non habebat, manus ejus
 dedit sanitatem⁴. In aversione au-
 tem nunc habetur paupertas, quia
 mammona nobis dominatur ; despi-
 citur hac nostra ætate pauper quem
 Dominus beatum dixit⁵. Puero
 defert honorem senex coram eo
 assurgens.

5. Hæc a nostra generatione per-
 aguntur ; mirum est eam adhuc
 superesse. Exclamamus quia mundi
 elementa omnia perturbant, valde
 e contra, fratres, mirum est nos
 adhuc subsistere. Ne mireris iram
 divinam venisse , mirare potius
 quod tandiu tardaverit. Etenim
 mirum non est iram venisse, mi-
 rum esset si abiret. Perierunt ele-
 menta generis humani et tamen
 quiescit erga nos divina justitia.

4 Act. III, 6.
 5 Matth. V, 3.

لا اذنا . اجزا نم ونگارا سبالا . ووسبلا ووسا
 لا ارا ووج . نحتا مکتسا فحج : اعتقا
 ووسا اے مکتسوس . اہب سدسا ووسا
 مکتسا اے : ووسا وپلا ونا ووسا . مکتسا
 اے لالا ووسا : مکتسا اے سحط ووسا .
 فحج الی مکتسا سوسا : ووسا خدا صلح .
 لچہ سلا : مکتسا طاقتا . لچہ سلا :
 اہب نحتا . اہب ووسا لچہ : لچہ مکتسا
 مکتسا مکتسا . مکتسا : مکتسا ارا ووج :
 ووسا مکتسا ارا ووسا . ووسا سوسا مکتسا
 مکتسا . مکتسا مکتسا ووج ارا ووسا . مکتسا
 ووسا مکتسا . مکتسا ووج سحط ووسا .
 مکتسا ووج مکتسا ووسا . مکتسا مکتسا
 ووسا مکتسا . مکتسا مکتسا : مکتسا
 ارا ووسا مکتسا . مکتسا مکتسا ووج ووج :
 مکتسا لا مکتسا لچہ . مکتسا مکتسا مکتسا
 مکتسا : مکتسا^a لا مکتسا^b .

Mirum utique non est aërem adeo perturbatum esse, sed mirum est quomodo iniquitas non subverterit terram. Noe prædicavit iram divinam esse venturam, sed quod ventura esset non crediderunt. Clamarunt prophetæ et apostoli, sed voces eorum merus sonitus factæ sunt; somnium nobis videtur magnum illud iudicium quod futurum est; divina promissio velut umbra habetur et mammona diligitur. Quis de proximo sollicitus est? Unusquisque suam tranquillitatem quærit. Intus et extra acceptio personarum, intus et extra noxæ. Quis mundam habet linguam ut propter veritatem reprehendat? Cibus (?) ingenuorum venditus est quia in oblatione adulteratus est. Quia regravit impudentia in fronte, pudor migravit e loco suo; ornatus, quem multi aversati sunt, ætate nostra exquiritur; quovis tempore odiosi fuerunt mendaces, tempore nostro valde placent; impietas, contemptus, irrisio apud nos nequaquam indecora sunt. O quam odibilis est nostra ætas, ut ista odibilia ei odibilia non sint. Hoc enim maximum malum est mala ei mala non videri.

6. Mala a divina justitia adducta illa sola mala nobis videntur. Contemptus, multis lethalis, nostra veluti recreatio est. Æstus comburit nos et mens nostra placida remanet. A fulgure cavemus dum concupiscentia in nos ardet. Spiritus vehemens detestatur, superbiæ au-

Mala physica sola attenduntur non moralia.

مکتسا ووسا مکتسا : ووسا مکتسا ووج مکتسا
 اے . مکتسا مکتسا مکتسا : اے ووج اہب
 مکتسا ووسا . مکتسا مکتسا مکتسا :
 مکتسا مکتسا مکتسا . مکتسا مکتسا ووسا
 ووسا مکتسا . مکتسا مکتسا اے مکتسا . ووسا
 ووج مکتسا : ووسا مکتسا لا مکتسا .

a B مکتسا — b D مکتسا — c D اے

اوسا بجا اروسه : اوسا اوسا لا اوسا .
 حتعل صصصص : اوسا بصلح
 حه وئلا . ص حتعل بلصصصلص : ص
 سا اوسا صصصلص . ارف صصصا لا اوسا :
 صصصا صصصص صصصص صصصص صصصص
 صصصص : صصصص صصصص : صصصص صصصص
 صصصص صصصص : اوسا صصصص صصصص صصصص
 صصصص : صصصص صصصص صصصص صصصص
 صصصص صصصص : صصصص صصصص صصصص
 صصصص صصصص صصصص صصصص صصصص .
 صصصص صصصص صصصص صصصص صصصص .
 صصصص صصصص صصصص صصصص صصصص .

نسصلص اوسا واصلص . صص صص صص
 صصصص . صصصص واصلص صصصص : صص
 صصصص واصلص . صصصص واصلص صصصص :
 صص صصصص واصلص . صصصص اوسا صصصص :
 صص صص صصصص صصصص صصصص واصلص :
 صصصص صصصص صصصص صصصص صصصص صصصص
 صصصص صصصص صصصص صصصص صصصص صصصص :
 صص صصصص صصصص صصصص صصصص صصصص
 صصصص صصصص صصصص صصصص صصصص صصصص :
 صصصص صصصص صصصص صصصص صصصص صصصص :
 صصصص صصصص صصصص صصصص صصصص صصصص :
 صصصص صصصص صصصص صصصص صصصص صصصص :
 صصصص صصصص صصصص صصصص صصصص صصصص :
 صصصص صصصص صصصص صصصص صصصص صصصص :
 صصصص صصصص صصصص صصصص صصصص صصصص :
 صصصص صصصص صصصص صصصص صصصص صصصص :

صصصص صصصص صصصص - صصصص - صصصص

tem spiritus, nobis odio non ha-
 betur; spiritus vehemens tandem
 superatur, noster autem spiritus
 superbus non pudefit. Nociva no-
 bis esse putamus quæ auxiliis plena
 sunt. Quum mala moralia a liber-
 tate nostra generantur, impii tamen
 divinam flagellationem malum no-
 minarunt. Fallaciam nostram atque
 iracundiam quotidie patitur Deus,
 salutaris autem ejus castigatio no-
 bis grave fit onus. Cupiditas, sa-
 pientibus tam gravis, levis fit
 nobis. Etenim castigatio quam
 aversamur prudentibus proficua
 prorsus est. Quis non defleret illam
 mentis nostræ cæcitatem qua diffi-
 cilia facilia et levia gravia nobis
 videntur?

7. Diligimus vitam temporalem
 magis quam vitam in cœlo pro-
 missam. Minæ hominum nos ter-
 rent magis quam gehenna futura.
 Mensam temporalem plus diligimus
 quam mensam regni; meliorem
 habemus hortum olerum quam
 hortum paradisi quem obtinuit la-
 tro. Pro parvis regionis nostræ
 arboribus commutavimus arborem
 vitæ. Nobis plantæ placent magis
 quam paradisi Dei. Animæ no-
 stræ curam non impendimus sicut
 viti nostræ. Inculca continuo jacet
 mens; ejus loco terra colitur; præ-
 ferimus terræ prospicere quam no-
 bis; præferimus ut aer purior effi-
 ciatur quam ut nos purificemur;
 volumus animalia nostra nobis
 sapientiora fieri. Fræna equis im-
 mittuntur, noster autem intellectus

Diligimus
 bona tem-
 poralia, de-
 spicimus
 æterna.

ד'ס'ס' . פ'ק'ס' ז'ק'ל' ח'ס'ס'ל' : ז'ל'ס'ס'ס'
 ז'ל'ל' ח'ס'ס'ל' . ז'ס'ל' ח'ס'ס'ס' ס'ט'ס'ל' . ז'ס'ס'
 ל'ס' ז'ס' ז'ל'ל' ז'ל'ס'ס'ל' . ז'ס'ל' פ'ק'ס' ז'ק'ל' ז'ק'ל'ס'ל' :
 ז'ל'ס'ס'ס' ל'ס' ז'ס' ז'ל'ס'ס'ל' . ז'ל'ס'ס' ז'ס'ס'ס'
 ז'ס'ס' : ז'ס'ס'ס' ז'ס'ס' ח'ז'ס'ס'ל' . ז'ל'ס'ס' ז'ס'ס'
 ז'ל'ל' ז'ס'ס' : ז'ס' ז'ס' ז'ס'ס' ז'ס'ס'ל' . ז'ל'ס'ס'
 ח'ז'ס'ס' ז'ל'ל' ז'ס'ס'ס' : ז'ס'ס' ז'ס'ס' ז'ס'ס'ס' .
 ז'ס'ס'ס' ז'ל'ס'ס' ז'ס'ס'ס' : ז'ס'ס' ז'ס'ס' ז'ס'ס'ס'
 ז'ס'ס'ס' : ז'ס'ס'ס' ז'ס'ס'ס' ז'ס'ס'ס' ז'ס'ס'ס' : ז'ל'ס'ס'
 ח'ס'ס' ז'ל'ל' ז'ס'ס' . ז'ס'ס'ס' ז'ס'ס'ס' ז'ס'ס'ס' : ז'ל'ס'ס'
 ח'ס'ס' ז'ל'ל' ז'ס'ס' . ז'ס'ס' ז'ס'ס'ס' ז'ס'ס'ס' ז'ס'ס'ס' :
 ז'ל'ס'ס'ס' ז'ס'ס' ז'ס'ס'ס' .

divagatur. Animus noster animalia
 submittit dum ipse a jugo refugit.
 Animalia homini obtemperant et
 ipse contra creatorem suum rebel-
 lat. Homo fræna injicit brutis, quæ
 carent intellectu. Qui sic bruta
 rationabilia reddit, ipse ratione se
 privat et aversatur fræna justitiæ
 quæ eum ab offendiculis retrahunt;
 tauros submittit homo et ipse effe-
 ratus efficitur, verberat taurum
 cornupetam et ipse multos trans-
 fodit. Homo impinguatus et calci-
 trans cohibet animal ne calcitret.
 Canis agnoscit etiam ingratum,
 homo vero blasphematur suum crea-
 torem. Jumentum Balaami, quod
 ratione carebat, eum instruxit;
 quia ille bruta imitatus fuerat,
 asinus ejus veluti homo effectus est.

Deus agit
 ut medicus

ז'ל'ס'ס' ז'ל'ס'ס' ז'ס'ס'ס' : ז'ס'ס'ס' ז'ס'ס'ס'
 ז'ס'ס'ס' ז'ס'ס'ס' . ז'ל'ס'ס'ס' ז'ס'ס'ס' ז'ס'ס'ס'
 ז'ס'ס'ס' ז'ס'ס'ס'ס' . ז'ס'ס'ס' ז'ס'ס'ס'ס' . ז'ס'ס'ס'ס'
 ז'ס'ס'ס'ס' : ז'ס'ס'ס'ס' ז'ס'ס'ס'ס' : ז'ס'ס'ס'ס' ז'ס'ס'ס'ס'
 ז'ס'ס'ס'ס' . ז'ס'ס'ס'ס' ז'ס'ס'ס'ס' ז'ס'ס'ס'ס' : ז'ס'ס'ס'ס'
 ז'ס'ס'ס'ס' : ז'ס'ס'ס'ס' ז'ס'ס'ס'ס' . ז'ס'ס'ס'ס' ז'ס'ס'ס'ס'
 ז'ס'ס'ס'ס' ז'ס'ס'ס'ס' ז'ס'ס'ס'ס' : ז'ס'ס'ס'ס' ז'ס'ס'ס'ס' .
 ז'ס'ס'ס'ס' ז'ס'ס'ס'ס' ז'ס'ס'ס'ס' : ז'ס'ס'ס'ס' ז'ס'ס'ס'ס' .
 ז'ס'ס'ס'ס' ז'ס'ס'ס'ס' ז'ס'ס'ס'ס' : ז'ס'ס'ס'ס' ז'ס'ס'ס'ס' .
 ז'ס'ס'ס'ס' ז'ס'ס'ס'ס' ז'ס'ס'ס'ס' : ז'ס'ס'ס'ס' ז'ס'ס'ס'ס' .
 ז'ס'ס'ס'ס' ז'ס'ס'ס'ס' ז'ס'ס'ס'ס' : ז'ס'ס'ס'ס' ז'ס'ס'ס'ס' .
 ז'ס'ס'ס'ס' ז'ס'ס'ס'ס' ז'ס'ס'ס'ס' : ז'ס'ס'ס'ס' ז'ס'ס'ס'ס' .
 ז'ס'ס'ס'ס' ז'ס'ס'ס'ס' ז'ס'ס'ס'ס' : ז'ס'ס'ס'ס' ז'ס'ס'ס'ס' .
 ז'ס'ס'ס'ס' ז'ס'ס'ס'ס' ז'ס'ס'ס'ס' : ז'ס'ס'ס'ס' ז'ס'ס'ס'ס' .
 ז'ס'ס'ס'ס' ז'ס'ס'ס'ס' ז'ס'ס'ס'ס' : ז'ס'ס'ס'ס' ז'ס'ס'ס'ס' .

8. Si virga hominis sapientem
 aliquem reddit, quanto magis virga
 Dei. Non deserit Dominus optimus
 servos suos ubi prævaricantur et
 pater sapiens non desinit virga filios
 ad prudentiam instituere. Perversa
 omnino est bonitas medici qui do-
 lori parcat. Medicus, qui commi-
 seratione ductus nescit secare ut
 sanet, veram non habet bonitatem.
 Medicus mercede cædit, secat, adu-
 rit et sanat nos, Deus autem qui
 gratias seu remedia tibi largitur,
 tibi displicet. Terrores remedia
 fuerunt quæ sanitatem mentis de-
 derunt nobis; ne crudelem repu-
 tes mansuetissimum hominumque
 amantissimum Deum. Quum casti-
 gatione te ad se revocat non te
 derelinquit sicut tu eum dereli-

• D ס'ס'ס' ס'ס'ס'

نشد ای . ای ملاحظه کن : ای
 معنی عجمه . هجده . پنجاه
 ای ملاحظه کن : ای و بطرف
 ای ملاحظه کن : ای و
 ای ملاحظه کن . ای ملاحظه کن : ای
 ای ملاحظه کن . ای ملاحظه کن : ای
 ای ملاحظه کن . ای ملاحظه کن : ای
 ای ملاحظه کن . ای ملاحظه کن : ای
 ای ملاحظه کن . ای ملاحظه کن : ای
 ای ملاحظه کن . ای ملاحظه کن : ای
 ای ملاحظه کن . ای ملاحظه کن : ای
 ای ملاحظه کن . ای ملاحظه کن : ای

ای ملاحظه کن : ای
 ای ملاحظه کن . ای ملاحظه کن : ای
 ای ملاحظه کن . ای ملاحظه کن : ای
 ای ملاحظه کن : ای ملاحظه کن . ای
 ای ملاحظه کن . ای ملاحظه کن : ای
 ای ملاحظه کن . ای ملاحظه کن : ای
 ای ملاحظه کن . ای ملاحظه کن : ای
 ای ملاحظه کن . ای ملاحظه کن : ای
 ای ملاحظه کن . ای ملاحظه کن : ای
 ای ملاحظه کن . ای ملاحظه کن : ای
 ای ملاحظه کن . ای ملاحظه کن : ای
 ای ملاحظه کن . ای ملاحظه کن : ای
 ای ملاحظه کن . ای ملاحظه کن : ای
 ای ملاحظه کن . ای ملاحظه کن : ای
 ای ملاحظه کن . ای ملاحظه کن : ای

quisti ; summe mansuetus non deserit eos qui eum deseruerunt ; tu qui indigebas, eum neglexisti ; ipse te vocavit ut multa tibi largiretur. Vocem dulcem quæ te vocabat violentam reputasti. Doctrinæ falsæ Deum ut crudelem reliquerunt et fugerunt, increpat autem eos bonitas illius. Qui potest malum inferre sed patientia utitur, quomodo crudelem vocare audent ? qui patienter fert eorum blasphemias, quomodo eum violentum reputaverunt ? Eos quippe audiens ira non exardescit ; potest eos cædere et non cædit ; mansuetus est erga suos temeratores. In hoc ostendit bonitatem suam quod pro meritis non rependit eis. Quis oppressus oppressores diligit ? quis bonitate illi similis est ? Qui cum justissimus sit velut injustus apparet quum solem suum oriri facit super malos.

9. Venite igitur, peccatores, sumite pharmaca gratiæ et applicate ea super ulcera peccatorum ; aperite et ostendite dolores vestros Medico nostro bono et sapienti, qui rationem novit sanandi vulnera peccati ; accipite et depingite imaginem Christi in tabulis mentium vestrarum ; quia per peccatum delevistis eam, inscribite in pœnitentia memoriam ejus ; vana non efficiantur ejus promissa propter relaxationem morum nostrorum ; non sterilis fiat ejus adventus, nobis in peccato manentibus. Adest spes perditis et vulneratis remedium. Si odibile exuant pec-

Hortatur peccatores ad pœnitentiam.

^a D معجمه
 TOM. III.

וְעוֹשֵׂה חַסְדִּים . לֹא תִנְעַם אֵלָּא וְאַתָּה : אֱלֹהִים
 וְיִחַדְךָ יִשְׁעֶךָ . וְלֹא תִפְחַדְךָ מִלְּבַחֶיךָ :
 לְפָנָיו וְיִשְׁמַע סְהֵלָה . חֲסִידָא וְיִשְׁמַע עֲבָדָא :
 וְיִשְׁמַע אֲרַחְיָה וְיִשְׁמַע אֲרַחְיָה . וְלֹא יִזְכַּר אֲרַחְיָה
 חֲסִידָא חֲסִידָא : וְיִשְׁמַע חֲסִידָא וְיִזְכַּר אֲרַחְיָה .
 וְיִזְכַּר אֲרַחְיָה וְיִשְׁמַע חֲסִידָא : וְיִזְכַּר אֲרַחְיָה
 וְיִשְׁמַע חֲסִידָא : וְיִזְכַּר אֲרַחְיָה וְיִשְׁמַע חֲסִידָא :
 וְיִזְכַּר אֲרַחְיָה וְיִשְׁמַע חֲסִידָא : וְיִזְכַּר אֲרַחְיָה
 וְיִשְׁמַע חֲסִידָא : וְיִזְכַּר אֲרַחְיָה וְיִשְׁמַע חֲסִידָא :
 וְיִזְכַּר אֲרַחְיָה וְיִשְׁמַע חֲסִידָא : וְיִזְכַּר אֲרַחְיָה
 וְיִשְׁמַע חֲסִידָא : וְיִזְכַּר אֲרַחְיָה וְיִשְׁמַע חֲסִידָא :
 וְיִזְכַּר אֲרַחְיָה וְיִשְׁמַע חֲסִידָא : וְיִזְכַּר אֲרַחְיָה
 וְיִשְׁמַע חֲסִידָא : וְיִזְכַּר אֲרַחְיָה וְיִשְׁמַע חֲסִידָא :
 וְיִזְכַּר אֲרַחְיָה וְיִשְׁמַע חֲסִידָא : וְיִזְכַּר אֲרַחְיָה
 וְיִשְׁמַע חֲסִידָא : וְיִזְכַּר אֲרַחְיָה וְיִשְׁמַע חֲסִידָא :
 וְיִזְכַּר אֲרַחְיָה וְיִשְׁמַע חֲסִידָא : וְיִזְכַּר אֲרַחְיָה
 וְיִשְׁמַע חֲסִידָא : וְיִזְכַּר אֲרַחְיָה וְיִשְׁמַע חֲסִידָא :
 וְיִזְכַּר אֲרַחְיָה וְיִשְׁמַע חֲסִידָא : וְיִזְכַּר אֲרַחְיָה
 וְיִשְׁמַע חֲסִידָא : וְיִזְכַּר אֲרַחְיָה וְיִשְׁמַע חֲסִידָא :

¹ Ezech. XVIII, 32 ; XXXIII, 41.

² D — D — D

catum, vestem condonationis in-
 duent. Non exhauritur thesaurus
 misericordiæ per petitiones acci-
 pientum, nec minuitur gratia si
 justificantur peccatores. Per vitam
 suam juravit Deus: *Vivo ego, dixit*
*Deus, nolo mortes vestras*¹, pec-
 catores; iniquitate mortui, conver-
 timini ad me, gustate et videte
 quam bona sit perditis castigatio
 mea et quam proficua audientibus
 severitas verborum meorum. Ecce
 in Scripturis remedia quæ sanant
 animam et membra; ponamus ea
 super maculas mentium nostrarum
 et membrorum. Ecce misericordia
 velut legatus persequitur nequi-
 tiam nostram; deprecemur eam ut
 nos reconciliet cum rege missore
 suo. Ecce amor Patris misericor-
 diarum exsilit obviam nobis con-
 versis. Dicamus ei cum resipiente:
*Peccavimus in te*², ne succenseas
 nobis. Hic est factor noster opti-
 mus, gratias ei agamus propter
 suam bonitatem; hic est Dominus
 noster suavissimus, gratias agamus
 ei propter ejus castigationem. Bonus
 est quia miseretur, et bonus est quia
 flagellat. Amore castigat filios ut
 non fiant ab eo alieni. Virga quæ
 castigat filios, beneficia filiis affert.
 Deus castigat et multiplicat auxilia
